FLORILEGIUM LATINUM

SIVE

THESAURUS SENTENTIARUM
QUAE IN VETERUM POETARUM ROMANORUM
SCRIPTIS EXSTANT

COMPOSUIT

F. FROMMELT.

JENAE
O. DEISTUNG.
1868.

FLORILEGIUM LATINUM

SIVE

THESAURUS SENTENTIARUM
QUAE IN VETERUM POETARUM ROMANORUM
SCRIPTIS EXSTANT

COMPOSUIT

F. FROMMELT.

JENAE
O. DEISTUNG.
1868.

CAROLO. AUGUSTO.

PRINCIPI. AC. DOMINO.

SERENISSIMO. CELSISSIMOQUE.

MAGNIDUCATUS. SAX. VIM. ISENAC. HEREDI.

ARTIUM. LIBERALIUM.

CULTORI. ATQUE. AMATORI.

OMNI. QUA. PAR. EST. REVERENTIA.

D. D. D.

AUCTOR.

LECTORIBUS SALUTEM.

Veterum poëtarum Romanorum libri quam digni etiam nostris temporibus sint, qui diligenter a quovis legantur noscanturque, a gravissimis multis sapientissimisque hominibus tam accurate tamque copiose disputatum est, ut supra nihil possit addi.

Nam, ut alia omittam, cum in illis omnium aetatum consensu maxima vis maximumque momentum positum sit et ad animum mentemque conformandam et ad excitandum virtutis studium et ad pueros recte instituendos optimisque exemplis augendos, tum latissime patere sine ulla dubitatione videntur sententiosa veterum poëtarum dicta, quibus illi tanquam gemmis nobilioribus pretiosum verborum suorum aurum distinguere atque exornare solebant.

Quantum in his sapientiae positum est, quantum roboris gravitatis elegantiae! quanto melius, quid faciendum quidve omittendum, vitae morumque praecepta traduut brevibus ejus modi sententiis inclusa quam tractatus sermonesque ethici!

Omitto disserere, quam jucundum sit ex illis cognoscere illius aetatis homines eadem qua nos natura ac mente praeditos fuisse: sed quantopere et delectat et prodest ejusmodi sententias animo objici, quoties in tanta vitae humanae vicissitudine mens nostra affectibus perturbatiouibusque jactata aut frenis eget aut calcaribus. Credi enim vix potest, quam vehementer animum ira ardoreve incensum vel dolore affectum vel ad vitae quotidianae humiles curas depressum pungat ac permoveat sententia acumine aeque atque gravitate conspicua sive casu illa oblata sive iu animum revocata. Quae cum ita se habeant, nullo pacto possumus dissentire a summo illo oratore ac philosopho Cicerone, qui quidem statuit „gravissimas esse ad beate vivendum breviter enunciatas sententias“.

Accedit, quod Latinae linguae in dicendo scribendoque usus aliquis nostris temporibus restat inter cultiores homines et consuetudo quaedam sermonis quotidiani. Est autem ea, quam hic iutelligo, ratio in frequenti seutentiarum Latinarum poëticarum usurpatione posita.

Quantam enim utilitatem quantique momenti instar ha-

beant sententiosa ejusmodi dicta opportuno loco adhibita in scriptis orationibusque non minus quam in communi vita et consuetudine, cum cuilibet expertum sit, non est, cur amplius comprobare atque illustrare studeam.

Et ita quidem late patet illorum usus, ut non ii tantum, qui studiis honestarum artium eruditi sunt, ejusmodi sententiis dicentes scribentesque uti soleant, verum etiam alii multi, qui rerum optimarum vel plane expertes sunt vel primoribus modo labris eas gustaverunt, ubi ab eruditis literatisque talia dicta audiverunt vel legerunt, tenere haec et, si quando occasio oblata sit, pronuntiare ament.

Sed cum admodum pauci, qui aetatem suam omnino liberalissimis studiis dedicant, ex veterum poëtarum Latinorum libris, quos legerunt evolveruntque, quasi nucleum quendam excerpant, quascunque sententias et vitae morumque praecepta in illis observarunt, imo plerique ejusmodi apparatu parum aut prorsus non instructi a scholastico limine discedant nec, quidquid forte pueri ediscebant, diu memoria teneant, operam sine dubio non perdiderit, qui locos illorum scriptorum communes excerptos certaque ratione dispositos in publicum ediderit.

Itaque etsi jampridem nonnullos ejusmodi libellos exstare minime ignoro, tamen numerum illorum nova antho-

logia augere non sum veritus neque mihi videor temere in hac disciplina posuisse operam.

Neque enim adhuc conjectanea sententiarum ex poëtis Romanorum solis facta in lucem prodierunt, neque eorum, qui mixtas cum prosaicis poëtarum Latinorum sententias congestas typis commiserunt, ita quisquam poëticarum sententiarum — id quod caput est — habuit rationem, ut esse videatur satis. Adjungitur, quod, quidquid illi congesserunt, in aptum ordinem nequaquam est redactum.

Quibus rationibus commotus in animum induxi vulgare, quodcunque sententiarum Latinarum poëticarum longae lectionis fructum perceperam. Atque postquam denuo illorum poëtarum libros bonis editionibus usus diligenter perlegi, jam id esse consecutus mihi videor, ut libellus meus non solum permagnam sententiarum copiam eamque multo majorem quam in qualibet alia gnomologia inest contineat, verum etiam, quidquid appositum est, accuratissime significatum in se habeat.

Denique cum dicendum mihi esse videatur, quomodo sententias ipsas disponendas esse putarim, diversissimis rationibus consideratis tentatisque in eam opinionem veni, ut aptissimum ducerem sententias ipsas nullo discrimine in ordinem alphabeticum digerere, in fine autem indicem adjungere eodem pacto instructum, ita ut materiarum facilem conspectum praebeat. Qua quidem duplici ratione cum varietate

magis lectores capiuntur tum efficitur, ut non minus ii, quibus forte in memoriam revocata est sententia, ita tamen, ut vel initium versus finemque vel auctorem vel librum, quo ille contineatur, reminisci nequeant, quam alii, qui gnomam de certa re quaerunt, facile, quod quisque velit, reperire possint. Qui vero factum sit, ut ejusmodi dictorum, quae nostrates hoc tempore „geflügelte Worte“ vocare solent, in indice non nisi raro habita sit ratio, neminem, opinor, fugiet.

Num aptam equidem commodamque lectoribus rationem in disponendo hoc libello secutus sim necne, eorum sit judicium, qui illo utentur; liceat mihi tamen hoc loco commemorare, nonnullis peritis, quibuscum rationem meam communicarim, eam summopere probari.

Quodsi cui autem mirum sit eas de una eademque re sententias, quae secum pugnare videantur, in libello meo appositas esse, id eo consilio a me factum est, ut veterum alium aliter sensisse appareat.

Neque magis obstant, quae in veterum poëtarum gnomis occurrunt a nostris moribus abhorrentia. Haec enim adolescentibus, quorum in scholis forte florilegium meum in usu erit, explicare nihil est negotii; iis vero, qui perfecte iam exculti sunt, ipsis facilia sunt dijudicatu, cum praesertim non adeo abhorreant, ut sanae rationi repugnare videantur.

Ne plura, etsi neutiquam eo venerim arrogantiae, ut

omnibus me novum aliquid hoc opusculo proposuisse aut omnes numeros habere putem. tamen non dubito, quin multis linguae Latinae ac poësis fautoribus neque ingratum neque inutile opus obtulerim et inexpletum hucusque in hoc genere desiderium lenierim.

Si quid autem minus a me provisum vel si sententia aliqua hic illic omissa esse videatur, veniam me impetraturum esse confido. Nemo enim homo natus tam attentus diligensque unquam fuit, qui in ubere messe nullum relinqueret spicilegium.

Quod reliquum est, spero esse futurum, ut, si minus omnibus, at certe multis satisfaciam, alios vero, imprimis qui forte aliquid praejudicatae opinionis afferant, aequos judices habeam. Ita vale, candide lector, mihique fave.

FLORILEGIUM LATINUM.

Aut prodesse volunt aut delectare poëtae
Aut simul et jucunda et idonea dicere vitae.
Hor. A. P. 333.

1.

Ab inquieto saepe simulatur quies. Sen. Oed. 684.

2.

Absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum famamque dicacis,
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit: hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.
Hor. Sat. 1, 4, 81.

3.

Absenti nemo non nocuisse velit. Prop. Eleg. 2, 15, 32.

4.

Abs quivis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas:
Verum enim vero id demum juvat, si, quem aequum est facere,
is bene facit. Ter. Ad. 254.

5.

A cane non magno saepe tenetur aper. Ov. Rem. 422.

6.

Accipe nunc Danaum insidias et crimine ab uno
Disce omnes. — Virg. Aen. 2, 65.

7.

Accipite haec animis laetasque advertite mentes. Virg. Aen. 5, 304.

8.

Acerba fata Romanos agunt. Hor. Epod. 7, 17.

9.

Acer et ad palmae per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus. Ov. Pont. 2, 11, 21.

10.

Acta deos nunquam mortalia fallunt. Ov. Trist. 1, 2, 97.

11.

Actutum fortunae solent mutarier: varia vita est. Plaut. Truc. 2, 1, 9.

12.

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores nec sinit esse feros. Ov. Pont. 2, 9, 47.

13.

Ad dubios pauci praesumto robore casus
Spemque metumque ferunt. — Lucan. Phars. 6, 418.

14.

Adeo in teneris consuescere multum est.
Virg. Georg. 2, 272.

15.

Ad generum Cereris sine caede et sanguine pauci
Descendunt reges et sicca morte tyranni. Juv. Sat. 10, 112.

16.

Adjuvat in bello pacatae ramus olivae. Ov. Pont. 1, 1, 31.

17.

Adjuvat in duris multos praesentia rebus. Ov. Pont. 2, 7, 53.

18.

Ad multos lupa tendit oves, praedetur ut unam. Ov. A. A. 3, 419.

19.

Adolescens cum sis, tum cum est sanguis integer,
Rei te quaerendae convenit operam dare:
Demum igitur cum senex sis, tunc in otium
Te colloces, dum potestur: id jam lucro est,
Quod vivis. — Plaut. Merc. 3, 2, 7.

20.

Ad omnia alia aetate sapimus rectius,
Solum unum hoc vitium fert senectus hominibus:
Attentiores sumus ad rem omnes quam sat est. Ter. Ad. 832.

21.

Ad poenitendum properat, cito qui judicat. P. Syr.

22.

Adspicimus populos, quorum non sufficit irae
Occidisse aliquem: sed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus esse cibi. — Juv. Sat. 15, 169.

23.

Adspicinnt oculis superi mortalia justis. Ov. Met. 13, 70.

24.

Adspirat primo fortnna labori. Virg. Aen. 2, 385.

25.

Ad snmmam: sapiens nno minor est Jove, dives,
Liber, honoratus, pnlcher, rex denique regum,
Praecipue sanus. — Hor. Ep. 1, 1, 106.

26.

Ad snum quemque aequum est quaestum esse callidum. Plaut. Truc. 2, 462 *).

27.

Adversis etenim ferri non esse virorum. Sil. Ital. Pun. 10, 617.

28.

Adversis non deesse decet, sed laeta secutos
Nulla fides unquam miseros elegit amicos. Lucan. Phars. 8, 534.

29.

Aequa lege necessitas
Sortitur insignes et imos:
Omne capax movet urna nomen. Hor. Od. 3, 1, 14.

30.

Aequam memento rebus in arduis
Servare mentem, non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Laetitia. — Hor. Od. 2, 3, 1.

31.

Aequa tellus
Pauperi recluditur
Regumque pueris. Hor. Od. 2, 18, 32.

32.

Aequo animo poenam, qni meruere, ferant. Ov. Am. 2, 7, 12.

33.

Aequo stat foedere tempus. Manil. Astron. 3, 310.

34.

Aequum est
Peccatis veniam poscentem reddere rursus. Hor. Sat. 1, 3, 74.

*) Eadem fere verba leguntur in Plaut. Asin. 1, 3, 34.

35.

Aequum est tenere, per fidem quod creditum est. Plaut. Cist. 4, 2, 94.

36.

Aëre non certo corpora languor habet. Ov. A. A. 2, 318.

37.

Aetate fruere: mobili cursu fugit. Sen. Hipp. 761.

38.

Afflatuque nocent et agunt contagia late. Ov. Met. 7, 551.

39.

Ah ego ne possim tanta videre mala! Tib. Eleg. 3, 4, 82.

40.

Ah miser, etsi quis primo perjuria celat,
Sera tamen tacitis poena venit pedibus. Tib. Eleg. 1, 9, 3.

41.

Ah miseri, quos hic graviter deus urget! at ille
Felix, cui placidus leniter afflat Amor! Tib. Eleg. 2, 1, 79.

42.

Ah nimium faciles, qui tristia crimina caedis
Fluminea tolli posse putetis aqua! Ov. Fast. 2, 45.

43.

Aliena laudat, qui genus jactat suum. Sen. Herc. Fur. 340.

44.

Aliena nobis, nostra plus aliis placent. P. Syr.

45.

Aliis si licet, tibi non licet. Ter. Heaut. 797.

46.

Aliorum exempla commonent. — Ter. Andr. 812.

47.

Aliquisque malo fuit usus in ullo. Ov. Met. 2, 332.

48.

Alitur vitium vivitque tegendo. Virg. Aen. 3, 454.

49.

Aliudque cupido,
Mens aliud suadet. Video meliora proboque,
Deteriora sequor. — Ov. Met. 7, 19.

50.

Alium silere quod voles, primus sile. Sen. Hipp. 876.

51.

Alliciunt somnos tempns motnsque merumque. Ov. Fast. 6, 681.

52.

Altera mann fert lapidem, pacem ostentat altera. Plaut. Anl. 2, 2, 18.

53.

Altior hnmano spiritus ille malo est. Ov. Trist. 4, 1, 44.

54.

Amant miseri lamenta. — Stat. Theb. 12, 49.

55.

Amicitiae sanctum et venerabile nomen. Ov. Trist. 1, 8, 15.

56.

Amicitia semper prodest, amor et nocet. P. Syr.

57.

Amici vitia si feras, facis tua. P. Syr.

58.

Amicnm castigare ob mcritam nóxiam.
Immune est facinus, verum in aetate utile
Et condncibile. — Plaut. Trin. 1, 1, 1.

59.

Amicum perdere est damnorum maximnm. P. Syr.

60.

Amicus certus in re incerta cernitur. Enn. apnd Cic. Lael. 17, 64.

61.

Amittit merito proprium, qui alienum appetit. Phaedr. Fab. 1, 4, 1.

62.

Amnis
Labitur et labetur in omne volnbilis aevnm. Hor. Ep. 1, 2, 42.

63.

Amore didicimus vinci feros. Sen. Hipp. 240.

64.

Amor et nocet. P. Syr.

65.

Amor non talia curat. Virg. Buc. 10, 28.

66.

Amor patriae ratione valentior omni. Ov. Pont. 1, 3, 29.

67.

Amor timere neminem verus potest. Sen. Med. 416.

68.

Ampliat aetatis spatium sibi vir bonus: hoc est
Vivere bis vita posse priore frui. Mart. Epigr. 10, 23, 7.

69.

An boni quid usquam est, quod quisquam uti possiet.
Sine malo omni? — Plaut. Merc. 1, 2, 34.

70.

Auceps forma bonum mortalibus,
Exigui donum breve temporis,
Ut velox celeri pede laberis! Sen. Hipp. 761.

71.

An dubium est habitare deum sub pectore nostro
In coelumque redire animas coeloque venire? Manil. Astron. 4, 886.

72.

Angustam . . . . pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat. — Hor. Od. 3, 2, 1.

73.

Animal propter convivia natum. Juv. Sat. 1, 141.

74.

Animum rege; qui nisi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catena. Hor. Ep. 1, 2, 62.

75.

Animus aequus optimum est aerumnae condimentum. Plaut. Rud. 2, 3, 71.

76.

Animus hominis, quidquid sibi imperat, obtinet. P. Syr.

77.

An miseros tristis fortuna tenaciter urget? Ov. Her. 3, 43.

78.

An nescis longas regibus esse manus? Ov. Her. 17, 166.

79.

Annuit et totum nutu tremefecit Olympum. Virg. Aen. 10, 115.

80.

An obest quoque gloria multis? Ov Met. 11, 320.

81.

Au quidquam uobis tali sit munere majus? Virg. Buc. 5, 53.

82.

An quisquam est alius liber, uisi ducere vitam
Cui licet, ut voluit? — Pers. Sat. 5, 83.

83.

Ardua molimur: sed nulla nisi ardua virtus. Ov. A. A. 2, 537.

84.

Ardua per praeceps gloria vadat iter. Ov. Trist. 4, 3, 74.

85.

Ardua prima via est. — Ov. Met. 2, 63.

86.

Ardua quippe fides robustos exigit annos. Lucan. Phars. 8, 282.

87.

Ardua virtutem profert via. — Sil. Ital. Puu. 2, 578.

88.

Arma uon servaut modum:
Nec temperari facile nec reprimi potest
Stricti ensis ira. Bella delectat cruor. Seu. Herc. Fur. 403.

89.

Arma parate animis et spe praesumite bellum! Virg. Aeu. 11, 18.

90.

Armaque iu armatos sumere jura siuunt. Ov. A. A. 3, 492.

91.

Arma teuenti
Omnia dat, qui justa negat. — Lucau. Phars. 1, 348.

92.

Armipoteus ductor, quam suut tua fata per urbem
Lameutata diu! — Sil. Ital. Puu. 13, 711.

93.

Ars est captaudi, quod uolis, velle videri;
Ne facias, optat, quod rogat, ut facias. Mart. Epigr. 11, 55, 3.

94.

Ars fit, ubi a teueris crimeu condiscitur annis. Ov. Her. 4, 25.

95.

Ars illi sua ceusus erat. — Ov. Met. 3, 588.

96.

Arte citae veloque rates remoque moventur:
. Arte levis currus, arte regendus amor. Ov. A. A. 1, 3.

97.

Arte perennat amor. Ov. A. A. 3, 42.

98.

Artibus ingenuis quaesita est gloria multis. Ov. Pont. 2, 7, 47.

99.

Artibus ingenuis (quarum tibi maxima cura est)
Pectora mollescunt asperitasque fugit. Ov. Pont. 1, 6, 7.

100.

Aspera crescit hiems, omnique ex parte feroces
Bella gerunt venti fretaque indignantia miscent. Ov. Met. 11, 490.

101.

Asperitas odium saevaque bella movent. Ov. A. A. 2, 146.

102.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum. Claud. Eutrop. 1, 181.

103.

Assensere omnes, et quae sibi quisque timebat,
Unius in miseri exitium conversa tulere. Virg. Aen. 2, 130.

104.

Assiduae multis odium peperere querelae. Prop. Eleg. 2, 14, 1.

105.

Assiduae repetunt, quas perdant, Belides undas. Ov. Met. 4, 462.

106.

At genus hominum fertur rapidis
Obvia fatis, incerta sui. Sen. Herc. Fur. 183.

107.

At manet in vita, cui mens animusque remansit. Lucret. R. N. 3, 402.

108.

At mea pro nullo pondere verba cadunt. Ov. Her. 3, 98.

109.

At mihi jam puero coelestia sacra placebant,
Inque suum furtim Musa trahebat opus. Ov. Trist. 4, 10, 19.

110.

At nemo solus satis sapit: nam ego multos saepe vidi
Regionem fugere consili prius quam expertam haberent. Plaut. Mil. 3, 3, 10

111.

At non ingenio quaesitum nomen ab aevo
Excidet: ingenio stat sine morte decus. Prop. Eleg. 3, 1, 63.

112.

At nos vertutes ipsas invertimus atque
Sincerum cupimus vas incrustare. — Hor. Sat. 1, 3, 55.

113.

At pulchrum est digito monstrari et dicier: Hic est! Pers. Sat. 1, 28.

114.

At quaecunque foris veniunt impostaque nobis
Pondera sunt, laedunt. — Lucret. R. N. 5, 543.

115.

Atque hoc scelesti in animum inducunt suum
Jovem se placare posse donis, hostiis:
Et operam et sumtum perdunt. — Plaut Rud. Prol. 22.

116.

Atque ideo faciem coeli non invidet orbi
Ipse deus vultusque suos corpusque recludit
Semper volvendo seque ipsum inculcat et offert,
Ut bene cognosci possit doceatque videndis,
Qualis eat, cogatque suas attendere leges. Manil. Astron. 5, 915.

117.

At reditus jam quisque suos amat et sibi quid sit
Utile, sollicitis supputat articulis. Ov. Pont. 2, 3, 17.

118.

At si divitiae prudentem reddere possent,
Si cupidum timidumque minus te: nempe ruberes,
Viveret in terris te si quis avarior uno. Hor. Ep. 2, 2, 155.

119.

At si tardus eris, errabis: transiet aetas.
Quam cito, non segnis stat remeatque dies! Tib. Eleg. 1, 1, 27.

120.

Attende, cur negare cupidis debeas:
Modestis etiam offerre, quod non petierint. Phaedr. Fab. 2, 41.

121.

Attenuant juvenum vigilatae corpora noctes
Curaque et e magno qui fit amore dolor. Ov. A. A. 1, 735.

122.

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis
Di, si qua est coelo pietas, quae talia curet,
Persolvant grates dignas et praemia reddant
Debita. — Virg. Aen. 2, 535.

123.

Atticus eximie si coenat, lautus habetur:
Si Rutilus, demens. — Juv. Sat. 11, 1.

124.

At tu, cui bibitur felicius Aonius fons,
Utiliter studium, quod tibi cedit, ama! Ov. Pont. 4, 2, 47.

125.

At tu dictis, Albane, maneres. Virg. Aen. 8, 643.

126.

At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
Utere: non tardo labitur illa pede. Tib. Eleg. 1, 8, 47.

127.

At vindicta bonum vita jucundius ipsa. Juv. Sat. 13, 180.

128.

At vulgus infidum et meretrix retro
Perjura cedit, diffugiunt cadis
Cum faece siccatis amici,
Ferre jugum pariter dolosi. Hor. Od. 1, 35, 25.

129.

Auctor opus laudat. — Ov. Pont. 3, 9, 9.

130.

Audacem faciebat amor. — Ov. Met. 4, 96.

131.

Audaces cogimur esse metu. Ov. Trist. 1, 3, 106.

132.

Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas. Hor. Od. 1, 3, 25.

133.

Aude, hospes, contemnere opes et te quoque dignum
Finge deo rebusque veni non asper egenis! Virg. Aen. 8, 364.

134.

Audendo magnus tegitur timor. — Lucan. Phars. 4, 702.

135.

Audendum est: fortes adjuvat ipsa Venus. Tib. Eleg. 1, 2, 16.

136.

Audentem Forsque Venusque juvant. Ov. A. A. 1, 608.

137.

Audentes deus ipse juvat. — Ov. Met. 10, 586.

138.

Audentes fortuna juvat. — Virg. Aen. 10, 284.

139.

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidenda
Sobrius aula. Hor. Od. 2, 10, 5.

140.

Aurea nunc vere sunt saecula. Plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor. Ov. A. A. 2, 277.

141.

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat. Ov. Met. 1, 89.

142.

Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigilesque trahit purpura noctes.
O si pateant pectora ditum,
Quantos intus sublimis agit
Fortuna metus! — Sen. Herc. Oet. 646.

143.

Auro repensus scilicet acrior
Miles redibit. — Hor. Od. 3, 5, 25.

144.

Aurum et opes et rura frequens donabit amicus:
Qui velit ingenio cedere, rarus erit. Mart. Epigr. 8, 18, 9.

145.

Aurum in fortuna invenitur. — Plaut. Poen. 1, 2, 89.

146.

Aurum in summum successit honorem. Lucret. R. N. 5, 1275.

147.

Aurum omnes victa jam pietate colunt.
Auro pulsa fides, auro venalia jura:
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor. Prop. Eleg. 3, 11, 48.

148.

Aurum per medios ire satellites
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo. Hor. Od. 3, 16, 9.

149.

Aut petis aut urges ruiturum, Sisyphe, saxum. Ov. Met. 4, 459.

150.

Aut prodesse volunt aut delectare poëtae,
Aut simul et jucunda et idonea dicere vitae. Hor. A. P. 333.

151.

Auxilium multis succus et herba fuit. Ov. Rem. 528.

152.

Auxilium non leve vultus habet. Ov. Pont. 2, 8, 54.

153.

Avarities et honorum caeca cupido,
Quae miseros homines cogunt transcendere fines
Juris et interdum socios scelerum atque ministros
Noctes atque dies niti praestante labore
Ad summas emergere opes, haec vulnera vitae
Non minimam partem mortis formidine aluntur. Lucret. R. N. 3, 59.

154.

Avarum irritat, non satiat pecunia. P. Syr.

155.

Avarus animus nullo satiatur lucro. P. Syr.

156.

Bacchus et afflictis requiem mortalibus affert,
Crura licet dura compede pulsa sonent. Tib. Eleg. 1, 7, 41.

157.

Barbatum haec crede magistrum
Dicere. — Pers. Sat. 4, 1.

158.

Barba viros hirtaeque decent in corpore setae. Ov. Met. 13, 850.

159.

Beata
Petamus arva, divites et insulas. Hor. Epod. 16, 41.

160.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Ut prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Solutus omni foenore. Hor. Epod. 2, 1.

161.

Bella delectat cruor. Sen. Herc. Fur. 405.

162.

Bella gerant alii, Protesilaus amet. Ov. Her. 13, 84.

163.

Bella manu letumque gero. — Virg. Aen. 7, 455.

164.

Bellus homo et magnus vis idem, Cotta, videri:
Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est. Mart. Epigr. 1, 9, 1.

165.

Bene consultum inconsultum est, si id inimicis usui est,
Neque potest, quin, si inimicis usui est, obsit tibi.
Quippe qui resciverunt inimici consilium tuum,
Tuopte tibi consilio occludunt linguam et constringunt manus
Atque eadem, quae illis voluisti facere, faciunt tibi. Plaut. Mil. 3, 1, 6.

166.

Bene est, cui deus obtulit
Parca, quod satis est, manu. Hor. Od. 3, 16, 43.

167.

Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant. Plaut. Trin. 2, 2, 38.

168.

Benefacta male locata malefacta arbitror. Enn. apud Cic. Off. 2, 18, 62.

169.

Bene ferre magnam
Disce fortunam. — Hor. Od. 3, 27, 74.

170.

Beneficia plura recipit, qui scit reddere. P. Syr.

171.

Beneficium accipere libertatem est vendere. P. Syr.

172.

Beneficium dando accipit, qui digno dedit. P. Syr.

173.

Beneficium dignis ubi des, omnes obliges. P. Syr.

174.

Beneficium qui dare nescit, injuste petit. P. Syr.

175.

Beneficium qui dedisse se dicit, petit. P. Syr.

176.

Beneficium saepe dare docere est reddere. P. Syr.

177.

Bene paupertas
Humili tecto contenta latet.
Quatiunt altas saepe procellae
Aut evertit Fortuna domos. Sen. (?) Oct. 895.

178.

Bene qui latuit, bene vixit. — Ov. Trist. 3, 4, 25.

179.

Bene si amico feceris,
Ne pigeat fecisse: ut potius pudeat, si non feceris. Plaut. Trin. 2, 2, 66.

180.

Bene te potius dicere aequum est homini amico quam male. Plaut. Trin. 4, 2, 79.

181.

Bis est gratum, quod opus est, ultro si offeras. P. Syr.

182.

Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas. P. Syr.

183.

Bis vincit, qui se vincit in victoria. P. Syr.

184.

Blandoque veneno
Desidiae virtus paulatim evicta senescit. Sil. Ital. Pun. 3, 580.

185.

Bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare malum est ubicunque. — Hor. Sat. 1, 2, 61.

186.

Bona nec sua quisque recenset:
Nam genus et proavos et quae nos fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco. — Ov. Met. 13, 139.

187.

Bona opinio hominum tutior pecunia est. P. Syr.

188.

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis. P. Syr.

189.

Bonitatis verba imitari malitia major est. P. Syr.

190.

Bono ingenio me esse ornatum quam auro multo mavolo:
Aurum in fortuna invenitur, natura ingenium bonum. Plaut. Poen. 1, 2, 88.

191.

Bonus animus in mala re dimidium est mali. Plaut. Pseud. 1, 5, 37.

192.

Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat. P. Syr.

193.

Breve sit, quod turpiter audes. Juv. Sat. 8, 165.

194.

Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset
Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis. Ov. Fast. 2, 717.

195.

Cadit ira metn. Ov. Am. 2, 13, 4.

196.

Caducis
Percussn crebro saxa cavantur aqnis. Ov. Pont. 2, 7, 40.

197.

Caeca est temeritas, quae petit casum ducem. Sen. Agam. 145.

198.

Caecique in nubibus ignes
Terrificant animos et inania mnrmura miscent? Virg. Aen. 4, 209.

199.

Caeci snnt oculi, cnm animus alias res agit. P. Syr.

200.

Candida pax homines, trux decet ira feras. Ov. A. A. 3, 502.

201.

Candor in hoc aevo res intermortua paene. Ov. Pont. 2, 5, 5.

202.

Cantabit vacuus coram latrone viator. Juv. Sat. 10, 22.

203.

Capit omnia tellus,
Quae gennit: coelo tegitur, qni non habet urnam. Lucan. Phars. 7, 818.

204.

Cara deum soboles, magnnm Jovis incrementum! Virg. Buc. 4, 49.

205.

Careat successibus, opto,
Quisquis ab eventn facta notanda putat. Ov. Her. 2, 85.

206.

Caret periclo, qni etiam, cum est tntus, cavet. P. Syr.

207.

Carmina laetum
Snnt opus et pacem mentis habere volunt. Ov. Trist. 5, 12, 3.

208.

Carmina laudantur, sed munera magna petuntur:
Dnmmodo sit dives, barbarus ipse placet. Ov. A. A. 2, 275.

209.

Carmina morte carent. Ov. Am. 1, 15, 32.

210.

Carmina possumus
Donare et pretium dicere muneri. Hor. Od. 4, 8, 11.

211.

Carmina proveniunt animo deducta sereno. Ov. Trist. 1, 1, 39.

212.

Carmina quam tribuent, fama perennis erit. Ov. Am. 1, 10, 62.

213.

Carmina secessum scribentis et otia quaerunt. Ov. Trist. 1, 1, 41.

214.

Carmine di superi placantur, carmine Manes. Hor. Ep. 2, 1, 138.

215.

Carmine fit vivax virtus expersque sepulchri
Notitiam serae posteritatis habet.
Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas,
Nullaque res majus tempore robur habet.
Scripta ferunt annos. — Ov. Pont. 4, 8, 47.

216.

Carpamus dulcia; nostrum est,
Quod vivis: cinis et manes et fabula fies.
Vive memor leti, fugit hora: hoc, quod loquor, inde est. Pers. Sat. 5, 151.

217.

Carpe diem quam minimum credula postero! Hor. Od. 1, 11, 8.

218.

Carpent tua poma nepotes. Virg. Buc. 9, 50.

219.

Carpite florem! Ov. A. A. 3, 79.

220.

Carpit enim vires paulatim uritque videndo
Femina. — Virg. Georg. 3, 215.

221.

Carus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult
Accusare potest. — Juv. Sat. 3, 53.

222.

Casta placent superis. — Tib. Eleg. 2, 1, 13.

223.

Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis: quot capitum vivunt, totidem studiorum
Milia. — Hor. Sat. 2, 1, 26.

224.

Castos sequitur
Mala paupertas, vitioque potens
Regnat adulter. — Sen. Hipp. 985.

225.

Casus ubique valet; semper tibi pendeat hamus:
Quo minime credas gurgite piscis erit. Ov. A. A. 3, 425.

226.

Causa jubet melior superos sperare secundos. Lucan. Phars. 7, 349.

227.

Causa patrocinio non bona pejor erit. Ov. Trist. 1, 1, 26.

228.

Causa pudenda tua est; justa vir arma movet. Ov. Her. 5, 98.

229.

Causaque privata publica major erit. Ov. Trist. 4, 2, 74.

230.

Cautus enim metuit foveam lupus accipiterque
Suspectos laqueos et opertum miluus hamum. Hor. Ep. 1, 16, 50.

231.

Cedamus: leve fit, quod bene fertur, onus. Ov. Am. 1, 2, 10.

232.

Cedant arma togae, concedat laurea linguae! Cic. Off. 1, 22, 77.

233.

Cedendum est malis. Sen. Troad. 509.

234.

Cedere majori virtuti fama secunda est:
Illa gravis palma est, quam minor hostis habet. Mart. Epigr. 31, 1.

235.

Cede repugnanti: cedendo victor abibis. Ov. A. A. 2, 197.

236.

Cedit amor rebus: res age, tutus eris! Ov. Rem. 144.

237.

Celsior ipse loco sceptroque innixus eburneo
Terrificam capitis concussit terque quaterque
Caesariem, cum qua terram, mare, sidera movit. Ov. Met. 1, 178.

238.

Censore opus est an haruspice nobis? Juv. Sat. 2, 121.

239.

Centum doctum hominum consilia sola haec devincit dea,
Fortuna. — Plaut. Pseud. 2, 3, 12.

240.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:
Inde suis vicibus capiebant bina quietem,
Cetera servabant atque in statione manebant. Ov. Met. 1, 625.

241.

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus:
Ut capiant vitium, ni moveantur, aquae. Ov. Pont. 1, 5, 5.

242.

Certa amittimus, dum incerta petimus. Plaut. Pseud. 2, 3, 19.

243.

Certa . . . finis vitae mortalibus adstat,
Nec devitari letum pote, quin obeamus. Lucret. R. N. 3, 1078.

244.

Certe difficile est abscondere pectoris aestus,
Panditur et clauso saepius ore furor. Corn. Gall. (?) Eleg. 4, 25.

245.

Certior somnus premit
Secura duro membra versantem toro. Sen. Hipp. 520.

246.

Certis . . . . legibus omnia parent. Manil. Astron. 1, 479.

247.

Certum est mihi vera fateri. Ov. Met. 9, 53.

248.

Cibus auget corpus alitque. Lucret. R. N. 1, 859.

249.

Cineri gloria sera venit. Mart. Epigr. 1, 25, 8.

250.

Circa regna touat. — Seu. Hipp. 1140.

251.

Circumretit enim vis atque injuria quemque. Lucret. R. N. 5, 1152.

252.

Citius venit periclum, cum coutemnitur. P. Syr.

253.

Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris.
At si laxaris, cum voles, erit utilis.
Sic ludus animo debet aliquando dari;
Ad cogitandum melior ut redeat sibi. Phaedr. Fab. 3, 14, 10.

254.

Claudite jam rivos, pueri: sat prata biberunt. Virg. Buc. 3, 111.

255.

Clausa fides miseris. — Lucan. Phars. 9, 246.

256.

Coelestis ira, quos premit, miseros facit. Seu. Herc. Oet. 441.

257.

Coelesti sumus omues semiue oriuudi. Lucret. R. N. 2, 991.

258.

Coelo Musa beat. — Hor. Od. 4, 8, 29.

259.

Coelo tonantem credidimus Jovem
Regnare. — Hor. Od. 3, 5, 1.

260.

Coelum ipsum petimus stultitia. Hor. Od. 1, 3, 38.

261.

Coelum, uou animum mutaut, qui trans mare curruut. Hor. Ep. 1, 11, 27.

262.

Coelum undique et uudique poutus. Virg. Aeu. 3, 193.

263.

Coepisti melius quam desinis: ultima primis
Ceduut. — Ov. Her. 9, 23.

264.

Cogimur a gratis animum suspendere rebus
Atque ut vivamus, vivere desinimus. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 155.

265.

Collecta vitia per tot aetates diu
In nos redundant. — Sen. (?) Oct. 429.

266.

Comes facundus in via pro vehiculo est. P. Syr.

267.

Compesce mentem! — Hor. Od. 1, 16, 22.

268.

Componite mentes
Ad magnum virtutis opus summosque labores. Lucan. Phars. 9, 380.

269.

Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent quam vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus. Claud. IV. Cons. Hon. 299.

270.

Comprime motus,
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat, mentemque domet respectus honesti. Claud. IV. Cons. Hon. 266.

271.

Conjunctio animi maxima est cognatio. P. Syr.

272.

Conscia mens recti famae mendacia ridet. Ov. Fast. 4, 311.

273.

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemque metumque suo. Ov. Fast. 1, 485.

274.

Consilia qui dant prava cautis hominibus,
Et perdunt operam et deridentur turpiter. Phaedr. Fab. 1, 25, 1.

275.

Consilio pollet, cui vim natura negavit. Cat. Dist. 2, 9.

276.

Consilium arcanum tacito committe sodali:
Corporis auxilium medico committe fideli. Cat. Dist. 2, 22.

277.

Consilium nobis resque locusque dabunt. Ov. Am. 1, 4, 54.

278.

Conspicitur nunquam meliore potentia causa,
Quam quoties vanas non sinit esse preces. Ov. Pont. 2, 9, 15.

279.

Constantes animos scripta relecta movent. Ov. Rem. 718.

280.

Constitit atque oculis Phrygia agmina circumspexit. Virg. Aen. 2, 68.

281.

Consuetis serum est ex ordine fatis
Ingemere. — Valer. Flacc. Argon. 4, 449.

282.

Contemsit omnes ille, qui mortem prius. Sen. Herc. Oet. 443.

283.

Continua messe senescit ager. Ov. A. A. 3, 82.

284.

Continuo est aegris alius color. — Virg. Georg. 4, 254.

285.

Contra potentes nemo est munitus satis:
Si vero accessit consiliator maleficus,
Vis et nequitia quidquid oppugnant, ruit. Phaedr. Fab. 2, 6, 1.

286.

Contra quis ferat arma deos? Tib. Eleg. 1, 6, 30.

287.

Conveniens homínem homini est servare voluptas,
Et melius nulla quaeritur arte favor. Ov. Pont. 2, 9, 39.

288.

Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni
Aut metus acer erat. — Virg. Aen. 1, 365.

289.

Conversis studiis aetas animusque virilis
Quaerit opes et amicitias, inservit honori,
Commisisse cavet, quod mox mutare laboret. Hor. A. P. 166.

290.

Corpora vix ferro quaedam sanantur acuto:
Auxilium multis succus et herba fuit. Ov. Rem. 527.

291.

Corpore sed mens est aegro magis aegra malique
In circumspectu stat sine fine sui. Ov. Trist. 4, 6, 43.

292.

Corporis exigui vires contemnere noli:
Consilio pollet, cui vim natura negavit. Cat. Dist. 2, 9.

293.

Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto
Magnus Aristarcho major Homerus erat. Ov. Pont. 3, 9, 23.

294.

Credebant hoc grande nefas et morte piandum,
Si juvenis vetulo non assurrexerat. — Juv. Sat. 13, 54.

295.

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: et intra
Fortunam debet quisque manere suam. Ov. Trist. 3, 4, 25.

296.

Crede mihi, miseris coelestia numina parcunt:
Nec semper laesos et sine fine premunt. Ov. Pont. 3, 6, 21.

297.

Crede mihi, miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re consiliumque fugit. Ov. Pont. 4, 12, 47.

298.

Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis. Ov. Her. 2, 49.

299.

Credite me vobis folium recitare Sibyllae. Juv. Sat. 8, 126.

300.

Credito, posteri! Hor. Od. 2, 19, 2.

301.

Credula est spes improba. Sen. Thyest. 295.

302.

Credula res amor est. — Ov. Met. 7, 826.

303.

Credula vitam
Spes fovet et fore cras semper ait melius. Tib. Eleg. 2, 6, 19.

304.

Credulitas damuo solet esse puellis. Ov. Her. 17, 39.

305.

Cresceutem sequitur cura pecuniam
Majorumque fames. — Hor. Od. 3, 16, 17.

306.

Crescit amor uummi, quantum ipsa pecuuia crevit. Juv. Sat. 14, 139.

307.

Crescuut loca decresceutibus uudis. Ov. Met. 1, 345.

308.

Creveruut et opes et opum furiosa cupido,
Et cum possideant plurima, plura volunt:
Sic quibus intumuit suffusa venter ab uuda,
Quo plus suut potae, plus sitiuntur aquae. Ov. Fast. 1, 211.

309.

Crudelis iu re adversa est objurgatio. P. Syr.

310.

Crudelis ubique
Luctus, ubique pavor et plurima mortis imago. Virg. Aen. 2, 368.

311.

Cruenta
Per medias rapit ira caedes. Hor. Od. 3, 2, 11.

312.

Cui di sunt homiui propitii, lucrum ei profecto objiciuut. Plaut. Curc. 531.

313.

Cui homini dii propitii suut, aliquid objiciuut lucri. Plaut. Pers. 4, 3, 1.

314.

Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret huuc nec lucidus ordo. Hor. A. P. 40.

315.

Cui malus est uemo, quis bouus esse potest? Mart. Epigr. 12, 80, 2.

316.

Cui uou couveuiet sua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, subvertet, si miuor, uret.
Laetus sorte tua vives sapieuter. — Hor. Ep. 1, 10, 42.

317.

Cui nullus finis cupiendi, est nullus habendi.
Ille opibus modus est, quem statuas animo. Auson. Vill. 15.

318.

Cui peccare licet, peccat minus. Ipsa potestas
Semina nequitiae languidiora facit. Ov. Am. 3, 4, 9.

319.

Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.
Stultus uterque locum immeritum causatur inique:
In culpa est animus, qui se non effugit unquam. Hor. Ep. 1, 14, 11.

320.

Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet. P. Syr.

321.

Cui prodest scelus,
Is fecit. — Sen. Med. 500.

322.

Cui scieris non esse parem te, tempore cede:
Victorem a victo superari saepe videmus. Cat. Dist. 2, 10.

323.

Cuivis dolori remedium est patientia. P. Syr.

324.

Culpam poena premit comes. Hor. Od. 4, 5, 24.

325.

Cum deus intonuit, non se subducere nimbo:
Id demum pietas, id socialis amor. Ov. Trist. 5, 14, 27.

326.

Cum dubia incertis versetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem, quicunque sequetur. Cat. Dist. 1, 33.

327.

Cum feriant unum, unum non fulmina terrent,
Junctaque percusso turba pavere solet. Ov. Pont. 3, 2, 9.

328.

Cum Fortuna manet, vultum servatis, amici:
Cum cedit, turpi vertitis ora fuga. Petron. Sat. c. 80.

329.

Cumque mones aliquem nec se velit ille moveri:
Si tibi sit carus, noli desistere coeptis. Cat. Dist. 1, 9.

330.

Cum recte vivas, ne cures verba malorum:
Arbitrii nostri non est, quid quisque loquatur. Cat. Dist. 3, 3.

331.

Cum res trepidae, reverentia divum
Nascitur; at rarae fumant felicibus arae. Sil. Ital. Pun. 7, 88.

332.

Cum sale panis
Latrantem stomachum bene leniet. — Hor. Sat. 2, 2, 17.

333.

Cum semel occideris et de te splendida Minos
Fecerit arbitria:
Non, Torquate, genus, non te facundia, non te
Restituet pietas. Hor. Od. 4, 7, 21.

334.

Cum sis incautus nec rem ratione guberues,
Noli fortunam, quae non est, dicere caecam. Cat. Dist. 4, 3.

335.

Cum te aliquis laudat, judex tuus esse memento:
Plus aliis de te quam tu tibi credere noli. Cat. Dist. 1, 14.

336.

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis:
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? Hor. Sat. 1, 3, 25.

337.

Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago.
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen. Neque enim consistere flumen
Nec levis hora potest; sed ut unda impellitur unda
Urgeturque prior veniente urgetque priorem:
Tempora sic fugiunt pariter pariterque sequuntur
Et nova sunt semper. — Ov. Met. 15, 178.

338.

Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas. Ov. Trist. 4, 6, 17.

339.

Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus
Ense recidendum (est), ne pars sincera trahatur. Ov. Met. 1, 190.

340.

Cuncta trahit secum vertitque volubile tempus
Nec patitur certa currere quemque via. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 109.

341.

Cuncti simul ore fremebant
Dardanidae. — Virg. Aen. 1, 563.

342.

Cupias, quodcunque necesse est. Lucan. Phars. 4, 487.

343.

Curae est sua cuique voluptas. Ov. A. A. 1, 749.

344.

Cura fugit multo diluiturque mero.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit;
Tunc dolor et curae rugaque frontis abit. Ov. A. A. 1, 238.

345.

Curam cura majore aggravant. Phaedr. Fab. 3, 3, 8.

346.

Cura natura potentior omni. Juv. Sat. 10, 303.

347.

Curando fieri quaedam majora videmus
Vulnera, quae melius non tetigisse fuit. Ov. Pont. 3, 7, 25.

348.

Curandum imprimis, ne magna injuria fiat
Fortibus et miseris. Tollas licet omne, quod usquam est
Auri et argenti; scutum gladiumque relinquens
Et jaculum et galeam: spoliatis arma supersunt. Lucan. Phars. 8, 121.

349.

Cura pii dis sunt et, qui coluere, coluntur. Ov. Met. 8, 724.

350.

Curarum maxima nutrix
Nox. — Ov. Met. 8, 81.

351.

Cura sapientia crescit. Cat. Dist. 4, 27.

352.

Curia pauperibus clausa est: dat census honores. Ov. Am. 3, 8, 55.

353.

Curis acuens mortalia corda. Virg. Georg. 1, 123.

354.

Curisque ingentibus aeger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Virg. Aen. 1, 208.

355.

Cur nescire pudens prave quam discere malo? Hor. A. P. 88.

356.

Currit enim ferox
Aetas. — Hor. Od. 2, 5, 13.

357.

Dabit deus his quoque finem. Virg. Aen. 1, 203.

358.

Da facilem cursum atque audacibus annue coeptis! Virg. Georg. 1, 40.

359.

Damnosa quid non imminuit dies?
Aetas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem. Hor. Od. 3, 6, 45.

360.

Damnum appellandum est cum mala fama lucrum. P. Syr.

361.

Dant animos vina. — Ov. Met. 12, 242.

362.

Dantur opes nullis nunc nisi divitibus. Mart. Epigr. 5, 81, 2.

363.

Da requiem: requietus ager bene credita reddit. Ov. A. A. 2, 351.

364.

Dari bonum quod potuit, auferri potest. P. Syr.

365.

Da spatium tenuemque moram: male cuncta ministrat
Impetus. — Stat Theb. 10, 698.

366.

Data tempora prosunt. Ov. Rem. 131.

367.

Dat facies animos. — Ov. Am. 2, 17, 7.

368.

Dat poenas laudata fides, cum sustinet, inquit,
Quos fortuna premit. — Lucan. Phars. 8, 485.

369.

Dat veniam corvis, vexat censura columbas. Juv. Sat. 2, 63.

370.

Da vacuae menti, quo teneatur, opus. Ov. Rem. 150.

371.

Debemus morti nos nostraque. — Hor. A. P. 63.

372.

Decet verecundum esse adolescentem. — Plaut. Asin. 5, 1, 6.

373.

Decipias alios verbis vultuque benigno:
Nam mihi jam notus dissimulator eris. Mart. Epigr. 4, 88, 9.

374.

Decipimur specie recti. — Hor. A. P. 25.

375.

Decipit exemplar vitiis imitabile. — Hor. Ep. 1, 19, 17.

376.

Decipit
Frons prima multos, rara mens intelligit. Phaedr. Fab. 4, 1, 5.

377.

Dediscit animus sero, quod didicit diu. Sen. Troad. 634.

378.

Dedit hanc contagio labem
Et dabit in plures, sicut grex totus in agris
Unius scabie cadit et porrigine porci
Uvaque contacta livorem ducit ab uva. Juv. Sat. 2, 78.

379.

Degeneres animos timor arguit. — Virg. Aen. 4, 13.

380.

Degeneres trepidant animi. — Lucan. Phars. 6, 417.

381.

Delere licebit,
Quod non edideris; nescit vox missa reverti. Hor. A. P. 389.

382.

Deliberando saepe perit occasio. P. Syr.

383.

Deliberandum est diu, quod statuendum est semel. P. Syr.

384.

De magno praeda petenda grege. Tib. Eleg. 1, 1, 34.

385.

Demisso tacitos animo vitare memento:
Qua flumen placidum est, forsan latet altius unda. Cat. Dist. 4, 31.

386.

Demophoon, ventis et verba et vela dedisti:
Vela queror reditu, verba carere fide. Ov. Her. 2, 25.

387.

De nilo . . . . fieri nil posse videmus. Lucret. R. N. 2, 287.

388.

Denique non parvas animo dat gloria vires,
Et facunda facit pectora laudis amor. Ov. Trist. 5, 12, 37.

389.

Denique quid verbis opus est? Spectemur agendo. Ov. Met. 13, 120.

390.

Deprecor hoc unum, quod vero nomine poena,
Non honor est. Poenam, Phaëthon, pro munere poscis. Ov. Met. 2, 98.

391.

Desiderantem, quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare
Nec saevus Arçturi cadentis
Impetus aut orientis Haedi. Hor. Od. 3, 1, 25.

392.

Desine, crede mihi, vitia irritare vetando:
Obsequio vinces aptius ipse tuo. Ov. Am. 3, 4, 11.

393.

Desine, fata deum flecti sperare precando! Virg. Aen. 6, 376.

394.

Desine mollium
Tandem querelarum. — Hor. Od. 2, 9, 17.

395.

Desine tuta vereri Ov. Trist. 4, 3, 13.

396.

Desipientia fit, quia vis animi atque animai
Conturbatur. — Lucret. R. N. 3, 499.

397.

Despice divitias, si vis animo esse beatus:
Quas qui suspiciunt, mendicant semper avari. Cat. Dist. 4, 1.

398.

Despicere oportet, quod possis deperdere. P. Syr.

399.

Desunt inopiae multa, avaritiae omnia. P. Syr.

400.

Det ille veniam facile, cui venia est opus. Sen. Agam. 267.

401.

Detur inoffensae metam tibi tangere vitae! Ov. Trist. 1, 9, 1.

402.

Deus [i. e. Amor] crudelius urit,
Quos videt invitos succubuisse sibi. Tib. Eleg. 1, 8, 7.

403.

Deus est in pectore nostro. Ov. Pont. 3, 4, 93.

404.

Deus est, qui non mutatur in aevo. Manil. Astron. 1, 523.

405.

Deus nobis haec otia fecit. Virg. Buc. 1, 6.

406.

Devorer ante, precor, subito telluris hiatu
Aut rutilo missi fulminis igne cremer! Ov. Her. 3, 63.

407.

Dextera praecipue capit indulgentia mentes:
Asperitas odium saevaque bella movent.
Odimus accipitrem, qui semper vivit in armis
Et pavidum solitos in pecus ire lupos. Ov. A. A. 2, 145.

408.

Dextram cohibere memento. Juv. Sat. 5, 71.

409.

Di boni, quid hoc morbi est? adeon' homines immutarier
Ex amore, ut non cognoscas eundem esse! — Ter. Eun. 225.

410.

Dicamus bona verba: venit Natalis ad aras. Tib. Eleg. 2, 2, 1.

411.

Dictus et Amphion, Thebanae conditor urbis,
Saxa movere sono testudinis et prece blanda
Ducere, quo vellet. — Hor. A. P. 394.

412.

Di faciant, ut sit temeraria nostra querela! Ov. Trist. 5, 13, 17.

413.

Differ: habent parvae commoda magna morae. Ov. Fast. 3, 394.

414.

Differtur, nunquam tollitur ullus amor. Prop. Eleg. 2, 2, 10.

415.

Difficile est dolori convenire cum sapientia. P. Syr.

416.

Difficile est, fateor, sed tendit in ardua virtus:
Et talis meriti gratia major erit. Ov. Pont. 2, 2, 113.

417.

Difficile est longum subito deponere amorem. Catull. Carm. 76, 13.

418.

Difficile est satiram non scribere. Nam quis iniquae
Tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat se? Juv. Sat. 1, 30.

419.

Difficile est tristi fingere mente jocum. Tib. Eleg. 3, 6, 34.

420.

Difficilem habere oportet aurem ad crimina. P. Syr.

421.

Difficiles aditus impetus omnis habet. Ov. Rem. 120.

422.

Diffugiunt cadis
Cum faece siccatis amici,
Ferre jugum pariter dolosi. Hor. Od. 1, 35, 26.

423.

Digito compesce labellum. Juv. Sat. 1, 160.

424.

Dignum laude virum Musa vetat mori:
Coelo Musa beat. — Hor. Od. 4, 8, 28.

425.

Diligitur nemo, nisi cui Fortuna secunda est. Ov. Pont. 2, 3, 23.

426.

Di majorum umbris tenuem et sine pondere terram
Spirantesque crocos et in urna perpetuum ver,
Qui praeceptorem sancti voluere parentis
Esse loco. — Juv. Sat. 7, 207.

427.

Di memores fandi atque nefandi. Virg. Aen. 1, 547.

428.

Dimidium facti, qui coepit, habet; sapere aude:
Incipe. Qui recte vivendi prorogat horam,
Rusticus exspectat, dum defluat amnis: at ille
Labitur et labetur in omne volubilis aevum. Hor. Ep. 1, 2, 40.

429.

Di pia facta vident. — Ov. Fast. 2, 117.

430.

Dira per incautum serpunt contagia vulgus. Virg. Georg. 3, 469.

431.

Direxit brachia contra
Torrentem. — Juv. Sat. 4, 89.

432.

Diruta sunt aliis, uni mihi Pergama restant. Ov. Her. 1, 51.

433.

Discant cantare puellae:
Pro facie multis vox sua lena fuit. Ov. A. A. 3, 315.

434.

Disce aliquid: nam cum subito Fortuna recessit,
Ars remanet vitamque hominis non deserit unquam. Cat. Dist. 4, 19.

435.

Disce mori! — Lucan. Phars. 5, 364.

436.

Discere ne cessa: cura sapientia crescit.
Rara datur longo prudentia temporis usu. Cat. Dist. 4, 27.

437.

Disce, sed a doctis; indoctos ipse doceto:
Propaganda etenim rerum doctrina bonarum. Cat. Dist. 4, 23.

438.

Disce sine armis
Posse pati! — Lucan. Phars. 5, 313.

439.

Discite justitiam moniti et non temnere divos. Virg. Aen. 6, 620.

440.

Discit enim citius meminitque libentius illud,
Quod quis deridet quam quod probat et veneratur. Hor. Ep. 2, 1, 262.

441.

Discite, o miseri, et causas cognoscite rerum,
Quid sumus et quidnam victuri gignimur; ordo
Quis datus, aut metae qua mollis flexus et unde;
Quis modus argento; quid fas optare; quid asper
Utile nummus habet; patriae carisque propinquis
Quantum elargiri deceat; quem te deus esse
Jussit et humana qua parte locatus es in re. Pers. Sat. 3, 66.

442.

Discite, quam parvo liceat producere vitam
Et quantum natura petat. — Lucan. Phars. 4, 377.

443.

Discite venturam jam nunc sentire senectam. Prop. Eleg. 4, 11, 93.

444.

Discordia fit carior concordia. P. Syr.

445.

Dis proximus ille,
Quem ratio, non ira movet. — Claud. Mall. Cons. 227.

446.

Dissipat Evius
Curas edaces. — Hor. Od. 2, 11, 17.

447.

Dissuadere licet. Non est tua tuta voluntas. Ov. Met. 2, 53.

448.

Di, talem avertite casum! Virg. Aen. 3, 265.

449.

Di, talem terris avertite pestem! Virg. Aen. 3, 620.

450.

Di te summoveant, o nostri infamia saecli! Ov. Met. 8, 97.

451.

Di tibi divitias dederunt artemque fruendi. Hor. Ep. 1, 4, 7.

452.

Di tibi, si qua pios respectant numina, si quid
Usquam justitiae est et mens sibi conscia recti,
Praemia digna ferant. — Virg. Aen. 1, 607.

453.

Diu apparandum est bellum, ut vincas celerius. P. Syr.

454.

Diversos diversa juvant: non omnibus annis
Omnia conveniunt; res prius apta nocet.
Exsultat levitate puer, gravitate senectus:
Inter utrumque manens stat juvenile decus. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 103.

455.

Divesne prisco natus ab Inacho,
Nil interest, an pauper et infima
De gente sub divo moreris,
Victima nil miserantis Orci.
Omnes eodem cogimur, omnium
Versatur urna serius ocius
Sors exitura et nos in aeternum
Exsilium impositura cymbae. Hor. Od. 2, 3, 21.

456.

Divitiae grandes homini sunt vivere parce
Aequo animo: neque enim est unquam penuria parvi. Lucret. R. N. 5, 1118.

457.

Divitiisne homines an sunt virtute beati? Hor. Sat. 2, 6, 74.

458.

Divi vera monent. — Tib. Eleg. 3, 4, 5.

459.

Divum inclementia, divum
Has evertit opes sternitque a culmine Trojam. Virg. Aen. 2, 602.

460.

Dociles imitandis
Turpibus ac pravis omnes sumus. — Juv. Sat. 14, 40.

461.

Doctrina sed vim promovet insitam,
Rectique cultus pectora roborant:
Utcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpae. Hor. Od. 4, 4, 33.

462.

Docuit post exitus ingens. Virg. Aen. 5, 523.

463.

Dolus, an virtus, quis in hoste requirat? Virg. Aen. 2, 390.

464.

Dominum mundi flectere vota valent. Mart. Epigr. 8, 32, 6.

465.

Dona praesentis cape laetus horae et
Linque severa! Hor. Od. 3, 8, 27.

466.

Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ov. Trist. 1, 9, 5.

467.

Donis vincitur omnis amor. Tib. Eleg. 1, 5, 60.

468.

Donum forma breve est. — Nemes. Buc. 4, 24.

469.

Dos est magna parentium
Virtus. — Hor. Od. 3, 24, 21.

470.

Duas tantum res anxius [vulgus] optat:
Panem et Circenses. — Juv. Sat. 10, 80.

471.

Dubiam salutem qui dat afflictis, negat. Sen. Oed. 213.

472.

Dubia plus torquent mala. Sen. Agam. 420.

473.

Dubia pro certis solent
Timere reges. — Sen. Oed. 699.

474.

Ducimus autem
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitae
Nec jactare jugum vita didicere magistra. Juv. Sat. 13, 20.

475.

Ducis in consilio posita est virtus militum. P. Syr.

476.

Ducitur semper nova pompa Morti. Sen. Oed. 126.

477.

Dulce est desipere in loco. Hor. Od. 4, 12, 28.

478.

Dulce et decorum est pro patria mori.
Mors et fugacem persequitur virum
Nec parcit imbellis juventae
Poplitibus timidoque tergo. Hor. Od. 3, 2, 13.

479.

Dulce mori miseris, sed mors optata recedit:
At cum tristis erit, praecipitata venit. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 115.

480.

Dulcia non ferimus: succo renovamur amaro. Ov. A. A. 3, 583.

481.

Dulcibus est verbis mollis alendus amor. Ov. A. A. 2, 152.

482.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus metuit. Tu, dum tua navis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes tristemque jocosi,
Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi. Hor. Ep. 1, 18, 86.

483.

Dum bibimus, dnm serta, nnguenta, puellas
Poscimns, obrepit non intellecta seuectns. Jnv. Sat. 9, 128.

484.

Dum dos sit, unllnm vitinm vitio vertitnr. Plaut. Pers. 3, 1, 59.

485.

Dnm furor in cursu est, currenti cede fnrori:
Difficiles aditns impetns omnis habet. Ov. Rcm. 119.

486.

Dnm jnvat et vnltn ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit, fuginnt, nec noscitnr ulli,
Agminibus comitum qui modo ciuctus erat. Ov. Trist. 1, 5, 27.

487.

Dnm licet, in rebus jucnndis vive beatns,
Vive memor, quam sis aevi brevis. — Hor. Sat. 2, 6, 96.

488.

Dnm loquimnr, fugerit invida
Aetas: carpe diem qnam minimum credula postero. Hor. Od. 1, 11, 7.

489.

Dum mea pnppis erat valida fundata carina,
Qui mecum velles cnrrere, primus eras:
Nnnc qnia contraxit vultum fortuna, recedis. Ov. Pont. 4, 3, 5.

490.

Dummodo morata recte veniat, dotata [virgo] est satis. Plant. Anl. 2, 2, 62.

491.

Dummodo sit dives, barbarns ipse placet. Ov. A. A. 2, 276.

492.

Dum petit infirmis nimium sublimia pennis,
Icarus Icariis nomina fecit aqnis. Ov. Trist. 1, 1, 89.

493.

Dum . . . . pnnitur scelus,
Crescit. — Sen. Thyest. 31.

494.

Dnm, qnid sis, dubitas, jam potes esse nihil. Mart. Epigr. 2, 64, 10.

495.

Dum spectant laesos oculi, laeduntur et ipsi. Ov. Rem. 615.

496.

Dum vernat sanguis, dum rugis integer annus,
Utere. —. Prop. Eleg. 4, 5, 57.

497.

Dum vires annique sinunt, tolerate labores:
Jam veniet tacito curva senecta pede. Ov. A. A. 2, 669.

498.

Dum vitant stulti vitium, in contraria currunt. Hor. Sat. 1, 2, 24.

499.

Durate et vosmet rebus servate secundis! Virg. Aen. 1, 207.

500.

Durat in extremum vitaeque novissima nostrae
Prosequitur fati, qui fuit ante, tenor. Ov. Her. 7, 111.

501.

Durat opus vatum. — Ov. Am. 3, 9, 29.

502.

Durum: sed levius fit patientia,
Quidquid corrigere est nefas. Hor. Od. 1, 24, 19.

503.

Durus uterque labor. — Virg. Georg. 2, 412,

504.

Effodiuntur opes, irritamenta malorum. Ov. Met. 1, 140.

505.

Effugit hibernas demissa antenna procellas,
Lataque plus parvis vela timoris habent. Ov. Trist. 3, 4, 9.

506.

Effugiunt avidos carmina sola rogos.
Durat opus vatum. — Ov. Am. 3, 9, 28.

507.

Effugiunt structos nomen honorque rogos. Ov. Pont. 3, 2, 32.

508.

Eget minus mortalis, quo minus cupit. P. Syr.

509.

Ego esse miserum credo, cui placet nemo. Mart. Epigr. 5, 28, 9.

510.

Eheu, fugaces, Postume, Postume,
Labuntur anni, nec pietas moram
Rugis et instanti senectae
Afferet indomitaeque morti. Hor. Od. 2, 14, 1.

511.

Emtis quod libris tibi bibliotheca referta est,
Doctum et grammaticum te, Philomuse, putas?
Hoc genere et chordas et plectra et barbita conde:
Omnia mercatus, cras citharoedus eris. Auson. Epigr. 44, 1.

512.

En, etiam partes conciliantis ago. Ov. Rem. 624.

513.

En labor, en odiis caput insuperabile nostris! Valer. Flacc. Argon. 3, 510.

514.

En, perfecta tibi bello discordia tristi! Virg. Aen. 7, 545.

515.

Eodem animo beneficium debetur, quo datur. P. Syr.

516.

Equo ne credite, Teucri:
Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes. Virg. Aen. 2, 48.

517.

Eradenda cupidinis
Pravi sunt elementa et tenerae nimis
Mentes asperioribus
Formandae studiis. Hor. Od. 3, 24, 51.

518.

Ergo hominum genus incassum frustraque laborat
Semper et in curis consumit inanibus aevum. Lucret. R. N. 5, 1430.

519.

Ergo sollicitae tu causa, Pecunia, vitae es:
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia pabula praebes:
Semina curarum de capite orta tuo. Prop. Eleg. 3, 5, 1.

520.

Eripere telum, non dare irato decet. P. Syr.

521.

Eripere vitam nemo non homini potest,
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent. Sen. Phoen. 152.

522.

Eripit interdum, modo dat medicina salutem. Ov. Trist. 2, 269.

523.

E rivo flumina magna facis. Ov. Pont. 2, 5, 22.

524.

Esse bonam facile est, ubi, quod vetat esse, remotum est,
Et nihil officio nupta quod obstet habet.
Cum deus intonuit, non se subducere nimbo:
Id demum pietas, id socialis amor. Ov. Trist. 5, 14, 25.

525.

Esse solent magno damna minora bono. Ov. Rem. 672.

526.

Esse sui dederat monumentum et pignus amoris. Virg. Aen. 5, 572.

527.

Est aliquid casus pariter timuisse marinos. Ov. Pont. 2, 10, 39.

528.

Est aliquid fatale malum per verba levare. Ov. Trist. 5, 1, 59.

529.

Est aliquid fatove suo ferrove cadentem
In solida moriens ponere corpus humo:
Et mandare suis aliquid, sperare sepulcra
Et non aequoreis piscibus esse cibum. Ov. Trist. 1, 2, 53.

530.

Est aliquid magnis crimen abesse malis. Ov. Fast. 1, 484.

531.

Est aliquid memori visa notare manu. Ov. Pont. 3, 4, 18.

532.

Est aliquid patriis vicinum finibus esse. Ov. Pont. 2, 7, 65.

533.

Est aliquid valida sceptra tenere manu. Ov. Rem. 480.

534.

Est animus tibi, sunt mores et lingua fidesque,
Sed quadringentis sex septem milia desunt:
Plebs eris. — Hor. Ep. 1, 1, 57.

535.

Est cupiditati et ipsa tarda celeritas. P. Syr.

536.

Est deus in nobis, sunt et commercia coeli. Ov. A. A. 3, 549.

537.

Este procul lites et amarae proelia linguae!
Dulcibus est verbis mollis alendus amor. Ov. A. A. 2, 151.

538.

Est et fideli tuta silentio
Merces. — Hor. Od. 3, 2, 25.

539.

Est etiam miseris pietas et in hoste probatur. Ov. Trist. 1, 9, 35.

540.

Est fidei rarum foedus paucisque tributum. Manil. Astron. 2, 605.

541.

Est in aqua dulci non invidiosa voluptas. Ov. Pont. 2, 7, 73.

542.

Est . . . . injustus dolor
Rerum aestimator. — Sen. Troad. 546.

543.

Est locus uni-
Cuique suus. — Hor. Sat. 1, 9, 51.

544.

Est luxus populator opum, quem saepe adhaerens
Infelix humili gressu comitatur egestas. Claud. Rufin. 1, 35.

545.

Est miser nemo nisi comparatus. Sen. Troad. 1124.

546.

Est miserorum, ut malevolentes sint atque invideant bonis.
Plaut. Capt. 3, 4, 51.

547.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum. Hor. Sat. 1, 1, 106.

548.

Estne dei sedes nisi terra et pontus et aër
Et coelum et virtus? superos quid quaerimus ultra?
Jupiter est, quodcunque vides, quodcunque moveris.
Sortilegis egeant dubii semperque futuris
Casibus ancipites: me non oracula certum,
Sed mors certa facit: pavido fortique cadendum est. Lucan. Phars. 9, 578.

549.

Est nobis voluisse satis. — Tib. Eleg. 4, 1, 7.

550.

Esto animo forti, cum sis damnatus inique!
Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo. Cat. Dist. 2, 14.

551.

Est operae pretium duplicis pernoscere juris
Naturam. — Hor. Sat. 2, 4, 63.

552.

Est profecto deus, qui, quae nos gerimus, auditque et videt. Plaut. Capt. 2, 2, 63.

553.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. Hor. Ep. 1, 1, 32.

554.

Est quaedam flere voluptas.
Expletur lacrimis egeriturque dolor. Ov. Trist. 4, 3, 37.

555.

Estque pati poenas quam meruisse minus. Ov. Pont. 1, 1, 62.

556.

Est quoque cunctarum novitas carissima rerum,
Gratiaque officio, quod mora tardat, abest. Ov. Pont. 3, 4, 51.

557.

Est socia mortis homini vita ingloria. P. Syr.

558.

Est vetus atque probus, centum qui perficit annos. Hor. Ep. 2, 1, 39.

559.

Est virtus placitis abstinuisse bonis. Ov. Her. 17, 98.

560.

Est vita misero longa, felici brevis. P. Syr.

561.

Et bene apud memores veteris stat gratia facti? Virg. Aen. 4, 539.

562.

Et dixit tenni murmure lingua, vale! Ov. Her. 12, 56.

563.

Et docuit magnumque loqui nitique cothurno. Hor. A. P. 280.

564.

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? Virg. Aen. 6, 807.

565.

Et errat longe mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur. Ter. Ad. 65.

566.

Etiam capillus unus habet umbram suam. P. Syr.

567.

Etiam celeritas in desiderio mora est. P. Syr.

568.

Etiam innocentes cogit mentiri dolor. P. Syr.

569.

Etiam oblivisci, qui sis, interdum expedit. P. Syr.

570.

Et labor ingenium miseris dedit, et sua quemque
Advigilare sibi jussit fortuna premendo. Manil. Astron. 1, 80.

571.

Et lateat vitium proximitate boni. Ov. A. A. 2, 662.

572.

Et latro et cautus praecingitur ense viator:
Ille sed insidias, hic sibi portat opem. Ov. Trist. 2, 271.

573.

Et mala sunt vicina bonis. — Ov. Rem. 323.

574.

Et neglecta solent incendia sumere vires. Hor. Ep. 1, 18, 85.

575.

Et nimium faciles ad fera bella manus. Ov. A. A. 1, 592.

576.

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent silvae, nunc formosissimus annus. Virg. Buc. 3, 56.

577.

Et nunquam querali causa doloris abest. Ov. Trist. 3, 8, 32.

578.

Et oleum et operam perdidi. Plaut. Poen. 1, 2, 119.

579.

Et pace et bello cunctis stat terminus aevi,
Extremumque diem primus tulit. — Sil. Ital. Pun. 3, 134.

580.

Et pius est patriae facta referre labor. Ov. Trist. 2, 322.

581.

Et poteris, modo velle tene. Nunc fortiter ire,
Nunc opus est celeri subdere calcar equo. Ov. Rem. 787.

582.

Et quae praeterea populus miratur? In illis
Invidia est: falso plurima vulgus amat.
Non opibus mentes hominum curaeque levantur. Tib. Eleg. 3, 3, 19.

583.

Et quae praeterea publica verba sonant. Ov. Am. 3, 7, 12.

584.

Et quid opus Cratero magnos promittere montes? Pers. Sat. 3, 65.

585.

Et quis non causas mille doloris habet? Ov. Rem. 572.

586.

Et quodcunque mali est et quidquid triste timemus,
In pelagus rapidis evehat amnis aquis. Tib. Eleg. 4, 4, 7.

587.

Et quod spectarem, nil nisi pontus erat. Ov. Her. 13, 22.

588.

Et quo non possum corpore, mente feror. Ov. Her. 18, 30.

589.

Et res non semper, spes mihi semper adest. Ov. Her. 18, 178.

590.

Et saepe usque adeo mortis formidine vitae
Percipit humanos odium lucisque videndae,
Ut sibi consciscant maerenti pectore letum. Lucret. R. N. 3, 79.

591.

Et semel emissum volat irrevocabile verbum. Hor. Ep. 1, 18, 71.

592.

Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri. Ov. Met. 2, 322.

593.

Et terram rumor transilit et maria. Prop. Eleg. 2, 14, 38.

594.

Eventum formae disce timere tuae. Prop. Eleg. 3, 23, 38.

595.

Eventura precor. — Tib. Eleg. 2, 1, 25.

596.

Eventus varios res nova semper habet. Corn. Gall. (?) Eleg. 2, 52.

597.

Evocat antiquis proavos atavosque sepulcris. Ov. Am. 1, 8, 17.

598.

Excitat auditor studium, laudataque virtus
Crescit et immensum gloria calcar habet. Ov. Pont. 4, 2, 35.

599.

Exeat aula,
Qui volet esse pius: virtus et summa potestas
Non coëunt. — Lucan. Phars. 8, 493.

600.

Exemplis discimus. Phaedr. Fab. 2, 2, 2.

601.

Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi
Displicet auctori: prima est haec ultio, quod se
Judice nemo nocens absolvitur. — Juv. Sat. 13, 1.

602.

Exemplum est animi nimium patientis Ulixes,
Jactatus dubio per dua lustra mari. Ov. Pont. 4, 10, 9.

603.

Exemplumque dei quisque est in imagine parva. Manil. Astron. 4, 895.

604.

Exigua est virtus praestare silentia rebus:
At contra gravis est culpa tacenda loqui. Ov. A. A. 2, 603.

605.

Exilis domus est, ubi non et multa supersunt. Hor. Ep. 1, 6, 45.

606.

Eximia veste et victu convivia, lychni,
Pocula crebra, unguenta, coronae, serta parantur
Nequidquam, quoniam medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. Lucret. R. N. 4, 1131.

607.

Exit in immensum facunda licentia vatum,
Obligat historica nec sua verba fide. Ov. Am. 3, 12, 41.

608.

Exitio est avidum mare nautis. Hor. Od. 1, 28, 18.

609.

Exit saepe foras magnis ex aedibus ille,
Esse domi quem pertaesum est, subitoque revertit,
Quippe foris nilo melius qui sentiat esse. Lucret. R. N. 3, 1060.

610.

Exitus est studii parva favilla mei. Ov. Trist. 5, 12, 62.

611.

Exitus in dis est. — Ov. Her. 20, 44.

612.

Exitus in dubio est. — Ov. Met. 12, 522.

613.

Ex malis multis malum quod minimum est, id minime est malum. Plaut. Stich. 1, 2, 63.

614.

Exorant magnos carmina saepe deos. Ov. Trist. 2, 22.

615.

Explorant adversa viros perquo aspera duro
Nititur ad laudem virtus interrita clivo. Sil. Ital. Pun. 4, 603.

616.

Exspatiata ruunt per apertos flumina campos. Ov. Met. 1, 285.

617.

Exspectant curae catenatique labores:
Gaudia non remanent, sed fugitiva volant. Mart. Epigr. 1, 15, 7.

618.

Exstitit hoc unum, quo non convenerit illis. Ov. Pont. 3, 2, 87.

619.

Exstructis in altum
Divitiis potietur heres. Hor. Od. 2, 3, 19.

620.

Exsulis haec vox est, praebet mihi litera linguam,
Et si non liceat scribere, mutus ero. Ov. Pont. 2, 6, 3.

621.

Exsultat levitate puer, gravitate senectus:
Inter utrumque manens stat juvenile decus. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 105.

622.

Extra fortunam est, si quid donatur amicis:
Quas dederis, solas semper habebis opes. Mart. Epigr. 5, 42, 7.

623.

Exuit annosa mores nomenque senecta. Mart. Epigr. 1, 106, 3.

624.

Ex vitio alterius sapiens emendat suum. P. Syr.

625.

Faciendum est nobis, quod parentes imperant. Plaut. Stich. 1, 1, 53.

626.

Facies non omnibus una. Ov. Met. 2, 13.

627.

Facile ad derisum stulta levitas ducitur. Phaedr. Fab. 5, 6, 3.

628.

Facile est omnia posse deo. Ov. A. A. 1, 562.

629.

Facile omnes, cum valemus, recta consilia aegrotis damus. Ter. Andr. 309.

630.

Faciles motus mens generosa capit. Ov. Trist. 3, 5, 32.

631.

Facilis descensus Averno;
Noctes atqne dies patet atri janna Ditis:
Sed revocare gradum supérasqne evadere ad anras,
Hoc opus, hic labor est. — Virg. Aen. 6, 126.

632.

Facilius, si qui pins est, a dis snpplicans,
Quam qui scelestus est, inveniat veniam sibi.
Idcirco moneo vos ego hoc, qui estis boni
Quique aetatem agitis cum pietate et cum fide:
Retinete porro, post factnm ut laetemini. Plaut. Rud. Prol. 26.

633.

Facinus audax incipit,
Qui cum opulento pauper homine coepit rem habere aut negotinm. Plaut. Aul. 3, 4, 1.

634.

Facit ira valentem. Ov. Met. 13, 562.

635.

Fac meus in ventos hic timor omnis eat. Ov. Her. 13, 92.

636.

Facta ducis vivent operosaque gloria rernm:
Haec manet, haec avidos effugit una rogos. Ov. Cons. Liv. Aug. 265.

637.

Fac tantum incipias, sponte disertus eris. Ov. A. A. 1, 610.

638.

Fac tibi proponas mortem non esse timendam:
Quae bona si non est, finis tamen illa malorum est. Cat. Dist. 3, 23.

639.

Facti crimina lumen habet. Prop. Eleg. 2, 23, 22.

640.

Factum abiit: monnmenta manent. — Ov. Fast. 4, 709.

641.

Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria. — Ov. Her. 2, 63.

642.

Fallimnr? an veris praenuncia venit hirundo? Ov. Fast. 2, 853.

643.

Fallimur et quondam non dignum tradimus: ergo
Quem sua culpa premit, deceptus omitte tueri;
Ut penitus notum, si tentent crimina, serves
Tuterisque tuo fidentem praesidio. — Hor. Ep. 1, 18, 78.

644.

Fallit enim vitium specie virtutis et umbra,
Cum sit triste habitu vultuque et veste severum. Juv. Sat. 14, 109.

645.

Fallit te incautum pietas tua. — Virg. Aen. 10, 812.

646.

Fallitur augurió spes bona saepe suo. Ov. Her. 17, 234.

647.

Falso plurima vulgus amat. Tib. Eleg. 3, 3, 20.

648.

Falsus honor juvat et mendax infamia terret
Quem nisi mendosum et medicandum? — Hor. Ep. 1, 16, 39.

649.

Fama malum, quo non aliud velocius ullum;
Mobilitate viget viresque acquirit eundo;
Parva metu primo, mox sese attollit in auras
Ingrediturque solo et caput inter nubila condit. Virg. Aen. 4, 174.

650.

Famam extendere factis:
Hoc virtutis opus. — Virg. Aen. 10, 468.

651.

Fama nec ex aequo ducitur una jugo. Prop. Eleg. 3, 7, 8.

652.

Famaque post cineres major venit. — Ov. Pont. 4, 16, 3.

653.

Fama vix vero favet,
Pejus merenti melior et pejor bono. Sen. Hipp. 269.

654.

Fas atque nefas exiguo fine libidinum
Discernunt avidi. — Hor. Od. 1, 18, 10.

655.

Fas est et ab hoste doceri. Ov. Met. 4, 428.

656.

Fas est praeteritos semper amare viros. Prop. Eleg. 2, 13, 52.

657.

Fas versum atque nefas. — Virg. Georg. 1, 505.

658.

Fata immota manent. — Valer. Flacc. Argon. 5, 88.

659.

Fata manent omnes, omnes exspectat avarus
Portitor et turbae vix satis una ratis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam:
Omnia sub leges mors vocat atra suas. Ov. Cons. Liv. Aug. 357.

660.

Fata regunt homines. — Juv. Sat. 9, 32.

661.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege. Manil. Astron. 4, 14.

662.

Fata repugnarunt. — Ov. Trist. 4, 8, 31.

663.

Fata viam invenient. — Virg. Aen. 10, 113.

664.

Fatorum arcana canebat. Ov. Met. 2, 641.

665.

Fatum rumpe manu! — Sen. Herc. Fur. 566.

666.

Faveat Fortuna! — Ov. Met. 13, 334.

667.

Faveat magno Fortuna labori,
Annosa et molli contingat vita senecta,
Ut possim rerum tantas emergere moles
Magnaque cum parvis simili praecurrere cura. Manil. Astron. 1, 114.

668.

Favete linguis! — Hor. Od. 3, 1, 2.

669.

Fax mentis honestae
Gloria, et incerti fallax fiducia Martis. Sil. Ital. Pun. 6, 332.

670.

Fecunda virorum
Paupertas. — Lucan. Phars. 1, 165.

671.

Fecundi calices quem non fecere disertum? Hor. Ep. 1, 5, 19.

672.

Felices errore suo. — Lucan. Phars. 1, 457.

673.

Felices leti, pietas quos addidit umbris. Sil. Ital. Pun. 4, 398.

674.

Felices ter et amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Divulsus querimoniis
Suprema citius solvet amor die. Hor. Od. 1, 13, 17.

675.

Felix, quicunque dolore
Alterius disces posse carere tuo! Tib. Eleg. 3, 6, 43.

676.

Felix qui meruit tranquillam ducere vitam
Et laetos stabili claudere fine dies. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 289.

677.

Felix, qui patitur, quae numerare valet! Ov. Trist. 5, 1, 30.

678.

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas! Virg. Georg. 2, 490.

679.

Feras, non culpes, quod vitari non potest. P. Syr.

680.

Fer difficilia, ut et facilia perferas. P. Syr.

681.

Ferimus, quae possumus, arma. Ov. Fast. 2, 9.

682.

Feriuntque summos
Fulgura montes. Hor. Od. 2, 10, 11.

683.

Ferrea sors vitae difficilisque premit. Ov. Trist. 5, 3, 28.

684.

Ferreus assiduo consumitur anulus usu,
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est durum saxo? quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cavantur aqua. Ov. A. A. 1, 473.

685.

Ferro vivendi prima reperta via est. Rutil. Nam. Itin. 364.

686.

Ferrum tuetur principem: at melius fides. Sen. (?) Oct. 456.

687.

Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumque pecus grandius uber habet. Ov. A. A. 1, 349.

688.

Fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager. Ov. Trist. 5, 12, 23.

689.

Festinat enim decurrere velox
Flosculus angustae miseraeque brevissima vitae
Portio: dum bibimus, dum serta, unguenta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus. Juv. Sat. 9, 126.

690.

Festis quaedam exercere diebus
Fas et jura sinunt. — Virg. Georg. 1, 268.

691.

Fidem qui pèrdidit, perdère ultra nil potest. P. Syr.

692.

Fiducia maestis
Nulla viris. — Valer. Flacc. Argon. 3, 364.

693.

Firma valent per se nullumque Machaona quaerunt:
Ad medicam dubius confugit aeger opem.
Non opus est magnis placido lectore poëtis:
Quamlibet invitum difficilemque tenent. Ov. Pont. 3, 4, 7.

694.

Fis anus et tamen
Vis formosa videri. — Hor. Od. 4, 13, 2.

695.

Fit fuga temporibus levior. — Ov. Pont. 2, 7, 57.

696.

Fit via vi. — Virg. Aen. 2, 494.

697.

Flagitio additis.
Damnum. — Hor. Od. 3, 5, 26.

698.

Flagrantior aequo
Non debet dolor esse viri nec vulnere major. Juv. Sat. 13, 11.

699.

Flamma recens parva sparsa resedit aqua. Ov. Her. 17, 190.

700.

Flebile principium melior fortuna secuta est. Ov. Met. 7, 518.

701.

Flebis: non tua sunt duro praecordia ferro
Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.
Illo non juvenis poterit de funere quisquam
Lumina, non virgo, sicca referre domum. Tib. Eleg. 1, 1, 63.

702.

Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo. Virg. Aen. 7, 312.

703.

Flectitur iratus voce rogante deus. Ov. A. A. 1, 442.

704.

Flere licet certe: flendo diffundimus iram,
Perque sinus lacrimae fluminis instar eunt. Ov. Her. 8, 61.

705.

Fletum virtus saepe resorbet. Sen. Herc. Oet. 1285.

706.

Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. Lucret. R. N, 4, 1077.

707.

Fluctu . . . magis mobile vulgus. Sen. Herc. Fur. 170.

708.

Flumina pauca vides magnis de fontibus orta:
Plurima collectis multiplicantur aquis. Ov. Rem. 97.

709.

Flumine saepe secundo
Augetur remis cursus euntis aquae. Ov. Pont 4, 15, 27.

710.

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,
Fit minor et spatio carpitur ipsa suo. Ov. A. A. 2, 113.

711.

Formae non ullam fata dedere moram. Tib. Eleg. 1, 4, 36.

712.

Formam populabitur aetas. Ov. Medic. Fac. 45.

713.

Forma nihil magicis utitur auxiliis. Tib. Eleg. 1, 8, 24.

714.

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum. — Hor. A. P. 108.

715.

Forma viros neglecta decet. — Ov. A. A. 1, 509.

716.

Formosis levitas semper amica fuit. Prop. Eleg. 2, 13, 26.

717.

Formosos saepe inveni pessimos:
Et turpi facie multos cognovi optimos. Phaedr. Fab. 3, 4, 6.

718.

Forsan et haec olim meminisse juvabit. Virg. Aen. 1, 203.

719.

Fors et virtus miscentur in unum. Virg. Aen. 12, 714.

720.

Fors incerta vagatur
Fertque refertque vices, et habet mortalia casus.
Sit subitum, quodcunque paras; sit caeca futuri
Mens hominum fati: liceat sperare timenti. Lucan. Phars. 2, 12.

721.

Fortem animum praestant rebus, quas turpiter audent. Juv. Sat. 6, 97.

722.

Fortes adjuvat ipsa Venus. Tib. Eleg. 1, 2, 16.

723.

Fortes creantur fortibus et bonis. Hor. Od. 4, 4, 29.

724.

Fortes Fortnna adjuvat. Ter. Phorm. 203.

725.

Fortibus est fortuua viris data. — Enn. Ann. 262.

726.

Fortior in fulva novus est luetator arena,
Quam cni sunt longa brachia fessa mora. Ov. Trist. 4, 6, 31.

727.

Fortissimus ille est,
Qui promtus metuenda pati, si comminus instent,
Et differre potest. — Lncan. Phars. 7, 105.

728.

Fortiter edisco tristia posse pati. Ov. Her. 7, 180.

729.

Fortiter ille facit, qui miser esse potest. Mart. Epigr. 11, 56, 16.

730.

Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum. Plaut. Asin. 2, 2, 58.

731.

Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis:
Illa rapit juvenes, sustulit illa senes. Ov. Cons. Liv. Aug. 369.

732.

Fortuna belli semper ancipiti in loco est. Sen. Phoen. 629.

733.

Fortuna fortes metuit, iguavos premit. Sen. Med. 159.

734.

Fortuna jus in hominis mores non habet. P. Syr.

735.

Fortuna magna magna domino est servitus. P. Syr.

736.

Fortunam citius reperias quam retineas. P. Syr.

737.

Fortnna miserrima tuta est:
Nam timor eventus deterioris abest. Ov. Pont. 2, 2, 31.

738.

Fortunam reverenter habe, quieunque repente
Dives ab exili progrediere loco. Auson. Epigr. 8, 7.

739.

Fortuna nunquam sistit in eodem statu.
Semper movetur: variat et mutat vices,
Et summa in imum vertit ac versa erigit. Auson. Epigr. 143, 1.

740.

Fortuna opes auferre, non animum potest. Sen. Med. 176.

741.

Fortuna quo se, eodem et inclinat favor. P. Syr.

742.

Fortuna saevo laeta negotio et
Ludum insolentem ludere pertinax
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem; si celeres quatit
Pennas, resigno, quae dedit, et mea
Virtute me involvo probamque
Pauperiem sine dote quaero. Hor. Od. 3, 29, 49.

743.

Frange toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo:
Ipse jubet mortis te meminisse deus. Mart. Epigr. 2, 59, 3.

744.

Frangit et attollit vires in milite causa:
Quae nisi justa subest excutit arma pudor. Prop. Eleg. 4, 6, 51.

745.

Frangit fortia corda dolor. Tib. Eleg. 3, 2, 6.

746.

Fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion: tu cede potentis amici
Lenibus imperiis. — Hor. Ep. 1, 18, 43.

747.

Fraude perit virtus. — Ov. Fast. 2, 227.

748.

Fraus est accipere, quod non possis reddere. P. Syr.

749.

Fraus sublimi regnat in aula. Sen. Hipp. 981.

750.

Fregistin' fidem?
Neque dedi neque do infideli cuiquam. Acc. apud Cic. Off. 3, 28, 102.

751.

Frigidius glacie pectus amantis erat. Ov. Hor. 1, 22.

752.

Frontis nulla fides. — Juv. Sat. 2, 8.

753.

Frui paratis et valido mihi,
Latoë, dones et precor, integra
Cum mente nec turpem senectam
Degere nec cithara carentem. Hor. Od. 1, 31, 17.

754.

Frustra vitium vitaveris illud,
Si te alio pravum detorseris. — Hor. Sat. 2, 2, 54.

755.

Fuge magna: licet sub paupere tecto
Reges et regum vita praecurrere amicos. Hor. Ep. 1, 10, 32.

756.

Fugere pudor verumque fidesque,
In quorum subiere locum fraudesque dolique,
Insidiae et vis et amor sceleratus habendi. Ov. Met. 1, 129.

757.

Fuge suspicari. Hor. Od. 2, 4, 22.

758.

Fugit retro
Levis juventas et decor, arida
Pellente lascivos amores
Canitie facilemque somnum. Hor. Od. 2, 11, 5.

759.

Fuimus Troes. — Virg. Aen. 2, 325.

760.

Furor arma ministrat. Virg. Aen. 1, 154.

761.

Furor fit laesa saepius patientia. P. Syr.

762.

Furor iraque mentem
Praecipitant. — Virg. Aen. 2, 316.

763.

Furorne caecus an rapit vis acrior?
An culpa? Responsum date! —
Tacent, et ora pallor albus inficit,
Mentesque perculsae stupent. Hor. Epod. 7, 13.

764.

Gaudensque viam fecisse ruina. Lucan. Phars. 1, 150.

765.

Gaude sorte tua! — Hor. Epod. 14, 15.

766.

Gaudet magnus aerumnas dolor
Tractare totas. — Sen. Troad. 1067.

767.

Gaudet patientia duris. Lucan. Phars. 9, 403.

768.

Gaudia non remanent, sed fugitiva volant. Mart. Epigr. 1, 15, 8.

769.

Gaudia principium nostri sunt, Phoce, doloris. Ov. Met. 7, 796.

770.

Gemmis auroque teguntur
Omnia. — Ov. Rem. 343.

771.

Gensque virum truncis et duro robore nata,
Quis neque mos neque cultus erat. — Virg. Aen. 8, 315.

772.

Gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti. Pers. Sat. 3, 83.

773.

Gigni pariter cum corpore et una
Crescere sentimus pariterque senescere mentem. Lucret. R. N. 3, 345.

774.

Gloria cuique sua est. — Tib. Eleg. 1, 4, 77.

775.

Grammatici certant et adhuc sub judice lis est. Hor. A. P. 78.

776.

Grande doloris
Ingenium est, miserisque venit, sollertia rebus. Ov. Met. 6, 574.

777.

Grande morae pretium. — Ov. Her. 7, 74.

778.

Grandia saepe quibus mandavimus hordea sulcis,
Infelix lolium et steriles dominantur avenae. Virg. Buc. 5, 36.

779.

Grandia si parvis assimilare licet. Ov. Trist. 1, 5, 28.

780.

Grata superveniet, quae non sperabitur, hora. Hor. Ep. 1, 4, 14.

781.

Gratia dis, menti quolibet ire licet. Ov. Pont. 3, 5, 48.

782.

Gratia pro rebus merito debetur inemtis. Ov. Am. 1, 10, 43.

783.

Gratia, quae tarda est, ingrata est: gratia namque
Cum fieri properat, gratia grata magis. Auson. Epigr. 82, 1.

784.

Gratiaque officio, quod mora tardat, abest. Ov. Pont. 3, 4, 52.

785.

Gratia sic minimo magna labore venit. Ov. Am. 3, 4, 46.

786.

Gratior est pulchro veniens in corpore virtus. Virg. Aen. 5, 344.

787.

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae. Ov. Pont. 3, 5, 18.

788.

Gratum est, quod patriae civem populoque dedisti:
Si facis, ut patriae sit idoneus, utilis agris,
Utilis et bellorum et pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit, quibus artibus et quibus hunc tu
Moribus instituas. — Juv. Sat. 14, 70.

789.

Gravis animus dubiam non habet sententiam. P. Syr.

790.

Gravis ira regum est semper. — Sen. Med. 494.

791.

Gravius nocet, quodcunque inexpertum accidit. P. Syr.

792.

Gutta cavat lapidem, consumitur anulus usu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo. Ov. Pont. 4, 10, 5.

793.

Habent insidias hominis blanditiae mali. Phaedr. Fab. 1, 19, 1.

794.

Habere regnum casus est, virtus dare. Sen. Thyest. 529.

795.

Habet comoedia tanto
Plus oneris, quanto veniae minus. Hor. Ep. 2, 1, 169.

796.

Habet suum venenum blanda oratio. P. Syr.

797.

Haec dum incipias, gravia sunt,
Dumque ignores: ubi cognoveris, facilia. — Ter. Heaut. 1058.

798.

Haec eadem licet et nobis laudare, sed illis
Creditur. — Juv. Sat. 3, 92.

799.

Haec finis Priami fatorum. — Virg. Aen. 2, 554.

800.

Haec meruit pietas praemia. — Ov. Her. 14, 84.

801.

Haec mihi paupertas opulentior: haec mihi tecta
Culminibus majora tuis. Tibi quaerit inanes
Luxuriés nocitura cibos: mihi donat inemtas
Terra dapes. — Claud. Rufin. 1, 204.

802.

Haec mihi semper erunt imis infixa medullis. Ov. Trist. 1, 5, 9.

803.

Haeremus cuncti superis. — Lucan Phars. 9, 57.

804.

Has patitur poenas peccandi sola voluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,
Facti crimen habet. Cedo, si conata peregit?
Perpetua anxietas nec mensae tempore cessat,
Faucibus ut morbo siccis interque molares
Difficili crescente cibo. — Juv. Sat. 13, 208.

805.

Has toties optata exegit gloria poenas! Juv. Sat. 10, 187.

806.

Haud est nocens, quicunque non sponte est nocens. Sen. Herc. Oet. 886.

807.

Haud est virile terga Fortunae dare. Sen. Oed. 86.

808.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi. — Juv. Sat. 3, 164.

809.

Haud facile invenias multis e milibus unum,
Virtutem pretium qui putet esse sui. Ov. Pont. 2, 3, 11.

810.

Haud igitur redit ad nilum res ulla, sed omnes
Discidio redeunt in corpora materiai. Lucret. R. N. 1, 248.

811.

Haud ignota loquor. — Virg. Aen. 2, 91.

812.

Haud quisquam honeste flere, quod voluit, potest. Sen. Hipp. 1118.

813.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ad infernos, stulte, vehere rate. Prop. Eleg. 3, 3, 35.

814.

Haud unquam est culta labore Venus. Prop. Eleg. 2, 18, 22.

815.

Haud vatum ignarus venturique inscius aevi. Virg. Aen. 8, 627.

816.

Haustus aquae mihi nectar erit vitamque fatebor
Accepisse simul: vitam dederitis in undis. Ov. Met. 6, 357.

817.

Hectora quis nosset, felix si Troja fuisset? Ov. Trist. 4, 3, 75.

818.

Hei mihi, difficile est imitari gaudia falsa!
Difficile est tristi fingere mente jocum.
Nec bene mendaci risus componitur ore,
Nec bene sollicitis ebria verba sonant. Tib. Eleg. 3, 6, 33.

819.

Hei mihi, quam paucos haec mea dicta movent! Ov. Trist. 1, 8, 36.

820.

Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis! Ov. Met. 1, 523.

821.

Heredis fletus sub persona risus est. P. Syr.

822.

Heu, Fortuna, quis est crudelior in nos
Te deus? Ut semper gaudes illudere rebus
Humanis! — Hor. Sat. 2, 8, 61.

823.

Heu, heu, divitibus video gaudere puellas! Tib. Eleg.. 2, 3, 49.

824.

Heu loca felici non adeunda viro. Ov. Trist. 3, 10, 76.

825.

Heu melior quanto sors tua sorte mea! Ov. Fast. 4, 520.

826.

Heu nihil invitis fas quemquam facere divis! Virg. Aen. 2, 402.

827.

Heu patior telis vulnera facta meis! Ov. Her. 2, 48.

828.

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu! Ov. Met. 2, 444.

829.

Heu quam est timendus, qui mori tutum putat! P. Syr.

830.

Heu quantum mentes dominatur in aequas
Justa Venus! — Lucan. Phars. 5, 727.

831.

Heu quantum per se candida forma valet! Prop. Eleg. 2, 22, 30.

832.

Heu regni rerumque oblite tuarum! Virg. Aen. 4, 267.

833.

Heu sero revocatur amor seroque juventas,
Cum vetus infecit cana senecta caput. Tib. Eleg. 1, 8, 41.

834.

Hic, ait, hic pacem temerataque jura relinquo:
Te, Fortuna, sequor; procul hinc jam foedera sunto.
Credidimus fatis; utendum est judice bello. Lucan. Phars. 1, 225.

835.

Hic murus aheneus esto:
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Hor. Ep. 1, 1, 60.

836.

Hic satus ad pacem, hic castrensibus utilis armis:
Naturae sequitur semina quisque suae. Prop. Eleg. 3, 7, 19.

837.

Hic situs est Phaëthon, currus auriga paterni:
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis. Ov. Met. 2, 327.

838.

Hic spe celer, ille timore. Ov. Met. 1, 539.

839.

Hic vero subitum ac dictu mirabile monstrum
Adspiciunt. — Virg. Georg. 4, 554.

840.

Hic vivimus ambitiosa
Paupertate omnes. — Juv. Sat. 3, 182.

841.

Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
In coelum scopuli. — Virg. Aen. 1, 162.

842.

Hinc odii semina quaere tui. Ov. Rem. 308.

843.

Hinc odio venit maxima causa meo. Ov. Rem. 322.

844.

Hinc [i. e. a diis] omne principium, huc refer exitum. Hor. Od. 3, 6, 6.

845.

His nam plebecula gaudet. Hor. Ep. 2, 1, 186.

846.

Hispida membra quidem et durae per brachia setae
Promittunt atrocem animum. — Juv. Sat. 2, 11.

847.

Hi [i. e. improbi] sunt, qui trepidant et ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure coeli:
Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed
Iratus cadat in terras et judicet ignis. Juv. Sat. 13, 223

848.

Hoccine credibile aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam ut siet,
Ut malis gaudeant atque ex incommodis
Alterius sua ut comparent commoda? ah
Idne est verum? immo id hominum est genus pessimum,
Denegandi modo quis pudor paulum adest,
Post, ubi tempus est promissa jam perfici,
Tum coacti necessario se aperiunt. Ter. Andr. 625.

849.

Hoc ego tuque sumus: sed quod sum, non potes esse:
Tu quod es, e populo quilibet esse potest. Mart. Epigr. 5, 13, 9.

850.

Hoc erit tibi argumentum semper in promtu situm:
Ne quid exspectes amicos, quod tute agere possies. Enn. Sat. apud Gell. N. A. 2, 29.

851.

Hoc est cum miseris solum commune beatis:
Ambobus tribui quod solet obsequium. Ov. Trist. 5, 6, 29.

852.

Hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Postume, semper:
Postume, non bene olet, qui bene semper olet. Mart. Epigr. 2, 12, 3.

853.

Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli,
Si patriae volumus, si nobis vivere cari. Hor. Ep. 1, 3, 28.

854.

Hoc patrium est potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere quam alieno metu. Ter. Ad. 74.

855.

Hoc quoque fatorum est legem perdiscere fati. Manil Astron. 2, 149.

856.

Hoc reges habent
Magnificum et ingens, nulla quod rapiat dies,
Prodesse miseris, supplices fido Lare
Protegere. — Sen. Med. 222.

857.

Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas! Juv. Sat. 6, 223.

858.

Homine imperito nunquam quidquam injustius est,
Qui, nisi quod ipse fecit, nil rectum putat. Ter. Ad. 98.

859.

Hominem experiri multa paupertas jubet. P. Syr.

860.

Homines nati durum genus. — Virg. Georg. 1, 63.

861.

Homines qui gestant quique auscultant crimina,
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant,
Gestores linguis, auditores auribus. Plaut. Pseud. 1, 5, 12.

862.

Homini amico, qui est amicus ita, uti nomen possidet,
Nisi deos ei nil praestare arbitror. — Plaut. Bacch. 3, 2, 2.

863.

Homini consilium tunc deest, cum multa invenit. P. Syr.

864.

Hominum gentes inimica sorte feruntur. Manil. Astron. 2, 607.

865.

Hominum immortalis est infamia;
Etiam tum vivit, cum esse credas mortuam. Plaut. Pers. 3, 1, 27.

866.

Hominum sententia fallax. Ov. Fast. 5, 191.

867.

Homo doctus in se semper divitias habet. Phaedr. Fab. 4, 21, 1.

868.

Homo, qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi de suo lumine lumen accendat, facit.
Nihilominus ipsi lucet, cum illi accenderit. Enn. apud Cic. Off. 1, 16, 51.

869.

Homo simulac venit in magnum periculum,
Effugium repperire alterius quaerit malo. Phaedr. Fab. 4, 8, 1.

870.

Homo sum: humani nil a me alienum puto. Ter. Heaut. 77.

871.

Honesta mors est pro bona causa mori. P. Syr.

872.

Honestus rumor alterum est patrimonium. P. Syr.

873.

Horae
Momento cita mors venit. — Hor. Sat. 1, 1, 7.

874.

Horaque non ulli similis producitur horae. Manil. Astron. 3, 532.

875.

Horrebant saevis omnia verba minis. Ov. Rem. 664.

876.

Horrendum et dictu video mirabile monstrum. Virg. Aen. 3, 26.

877.

Horrida verba doma! Tib. Eleg. 1, 5, 6.

878.

Horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum. Hor. Sat. 1, 1, 78.

879.

Huc reddi deinde ac resoluta referri
Omnia. — Virg. Georg. 4, 225.

880.

Huic homini dignum est divitias esse et diu vitam dari,
Qui et rem servat et se bene habet suisque amicis vult. Plaut. Mil. 3, 1, 129.

881.

Humana malignas
Cura dedit leges, et quod natura remittit,
Invida jura negant. — Ov. Met. 10, 329.

882.

Humani generis mores tibi nosse volenti
Sufficit una domus: paucos consume dies et
Dicere te miserum, postquam illinc veneris, aude. Juv. Sat. 13, 159.

883.

Humanitati qui se non accommodat,
Plerumque poenas oppetit superbiae. Phaedr. Fab. 3, 16, 1.

884.

Humanos casus adspice. — Ov. Pont. 3, 2, 92.

885.

Humanum amare est, humanum autem ignoscere est. Plaut. Merc. 2, 2, 48.

886.

Jam cinis est, et de tam magno restat Achille
Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.
At vivit, totum quae gloria compleat orbem.
Haec illi mensura viro respondet, et hac est
Par sibi Pelides nec inania Tartara sentit. Ov. Met. 12, 615.

887.

Jam gravis aequabat luctus et mutua Mavors
Funera; caedebant pariter pariterque ruebant
Victores victique: neque his fuga nota nec illis. Virg. Aen. 10, 755.

888.

Jam molire animum, qui duret, et adstrue formae:
Solus ad extremos pervenit ille rogos. Ov. A. A. 2, 119.

889.

Jam proximus ardet
Ucalegou. — Virg. Aeu. 2, 311.

890.

Jamque dies infauda aderat. — Virg. Aeu. 2, 132.

891.

Jamque mare et tellus uullum discrimen habebant:
Omuia pontus erant, decraut quoque litora pouto. Ov. Met. 1, 291.

892.

Ibi fas, ubi maxima merces. Lucan. Phars. 10, 408.

893.

Id demum est homiui turpe, quod meruit pati. Phaedr. Fab. 3, 11, 7.

894.

Id facere laus est, quod decet, uou quod licet. Seu. (?) Oct. 454.

895.

Id quoque, quod vivam, munus habere dei. Ov. Trist. 1, 1, 20.

896.

Jejuuus raro stomachus vulgaria temuit. Hor. Sat. 2, 2, 38.

897.

Iguavis precibus fortuua repuguat. Ov. Met. 8, 73.

898.

Igne quid utilius? si quis tameu urere tecta
Comparat, audaces instruit igne mauus. Ov. Trist. 2, 267.

899.

Ignosce fateuti. Tib. Eleg. 1, 6, 29.

900.

Ignoscere homiuum est, ubi pudet, cui ignoscitur. P. Syr.

901.

Iliacos iutra muros peccatur et extra. Hor. Ep. 1, 2, 16.

902.

Illacrimabiles
Urgeutur ignotique longa
Nocte: carent quia vate sacro. Hor. Od. 4, 9, 26.

903.

Ille dies primus leti primusque malorum
Causa fuit. — Virg. Aeu. 4, 169.

904.

Ille dies utramque
Ducet ruinam. — Hor. Od. 2, 17, 8.

905.

Ille dolet vere, qui sine teste dolet. Mart. Epigr. 1, 33, 4.

906.

Ille potens sui
Laetusque deget, cui licet in diem
Dixisse: vixi! — Hor. Od. 3, 29, 41.

907.

Ille, qui consulte, docte atque astute cavet,
Diutine uti bene licet partum bene. Plaut. Rud. 4, 7, 14.

908.

Ille sapit, quisquis . . . . vixit heri. Mart. Epigr. 5, 58, 8.

909.

Ille terrarum mihi praeter omnes
Angulus ridet. — Hor. Od. 2, 6, 13.

910.

Ille inter sese multa vi brachia tollunt. Virg. Aen. 8, 452.

911.

Illi mors gravis incubat,
Qui, notus nimis omnibus,
Ignotus moritur sibi. Sen. Thyest. 388.

912.

Illud amicitiae sanctum ac venerabile nomen
Re tibi pro vili sub pedibusque jacet? Ov. Trist. 1, 8, 15.

913.

Illud in his rebus videor firmare potesse
Usque adeo naturarum vestigia linqui
Parvula, quae nequeat ratio depellere nobis,
Ut nihil impediat dignam dis degere vitam. Lucret. R. N. 3, 319.

914.

Illud non agitas, ut sanctam filius omni
Adspiciat sine labo domum vitioque carentem? Juv. Sat. 14, 68.

915.

Illum aget poena metuente solvi
Fama superstes. Hor. Od. 2, 2, 7.

916.

Ima permutat brevis hora summis. Sen. Thyest. 598.

917.

Imberbus juvenis tandem custode remoto
Gaudet equis canibusque et aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Utilium tardus provisor, prodigus aeris,
Sublimis cupidusque et amata relinquere pernix. Hor. A. P. 161.

918.

Immensa est finemque potentia coeli
Non habet, et quidquid superi voluere, peractum est. Ov. Met. 8, 618.

919.

Imminet armorum rabies, ferrique potestas
Confundet jus omne manu, scelerique nefando
Nomen erit virtus. — Lucan. Phars. 1, 666.

920.

Immodicis brevis est aetas et rara senectus. Mart. Epigr. 1, 29, 7.

921.

Immoritur studiis et amore senescit habendi. Hor. Ep. 1, 7, 85.

922.

Immortalia ne speres, monet annus et almum
Quae rapit hora diem. Hor. Od. 4, 7, 7.

923.

Immundas fortunas aequum est squalorem sequi.
Plaut. Cist. 1, 1, 16.

924.

Impatiens animus nec adhuc tractabilis arte
Respuit atque odio verba monentis habet. Ov. Rem. 123.

925.

Imperat aut servit collecta pecunia cuique,
Tortum digna sequi potius quam ducere funem. Hor. Ep. 1, 10, 47.

926.

Imperia dura tolle: quid virtus erit? Sen. Herc. Fur. 433.

927.

Imperia solvit, qui tacet jussus loqui. Sen. Oed. 527.

928.

Impia sub dulci melle venena latent. Ov. Am. 1, 8, 104.

929.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Hor. Ep. 1, 1, 45.

930.

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer [sc. Achilles]
Jura negat sibi nata, nihil non arrogat armis. Hor. A. P. 121.

931.

Implendus sibi quisque bonis est artibus: illae
Sunt animi fruges. — Lucil. Aetn. 272.

932.

Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis! Virg. Aen. 4, 412.

933.

Improbitas illo fuit admirabilis aevo. Juv. Sat. 13, 53.

934.

Improvisa leti
Vis rapuit rapietque gentes. Hor. Od. 2, 13, 19.

935.

In aetate hominum plurimae
Fiunt transennae, ubi decipiuntur dolis. Plaut. Rud. 4, 7, 9.

936.

In audaces non est audacia tuta. Ov. Met. 10, 544.

937.

Incerti fallax fiducia Martis. Sil. Ital. Pun. 6, 333.

938.

Incipe: dimidium est facti coepisse. Superest
Dimidium: rursum hoc incipe et efficies! Auson. Epigr. 81, 1.

939.

Incipere multo est quam impetrare facilius. Plaut. Poen. 5, 2, 14.

940.

Incognita leti
Sors. — Valer. Flacc. Argon. 808.

941.

In culpa est animus, qui se non effugit unquam. Hor. Ep. 1, 14, 13.

942.

Inde fere scelerum causae nec plura venena
Miscuit aut ferro grassatur saepius ullum
Humanae mentis vitium quam saeva cupido
Immodici census. Nam dives qui fieri vult,
Et cito vult fieri. Sed quae reverentia legum,
Quis metus aut pudor est unquam properantis avari?
Vivite contenti casulis et collibus istis. Juv. Sat. 14, 173.

943.

Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum
Dicat et exacto contentus tempore vita
Cedat, uti conviva satur, reperire queamus. Hor. Sat. 1, 1, 117.

944.

Inde genus durum sumus experiensque laborum:
Et documenta damus, qua simus origine nati. Ov. Met. 1, 414.

945.

Indoctum doctumque fugat recitator acerbus. Hor. A. P. 474.

946.

In dubiis hominem spectare periclis
Convenit adversisque in rebus noscere, qui sit. Lucret. R. N. 3, 55.

947.

Induiturque aures lente gradientis aselli. Ov. Met. 11, 179.

948.

Indulgent animis et nulla, quid utile, cura est. Ov. Met. 7, 566.

949.

Indulget fortuna malis, ut laedere possit. Cat. Dist. 2, 23.

950.

Inertia est laboris excusatio. P. Syr.

951.

Infandum, regina, jubes renovare dolorem. Virg. Aen. 2, 3.

952.

Infecunda quidem, sed laeta et fortia surgunt. Virg. Georg. 2, 48.

953.

Infelix virtus et noxia felix,
Et male consultis pretium est, prudentia fallit,
Nec fortuna probat causas sequiturque merentes,
Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur. Manil. Astron. 4, 94.

954.

In flammam flammas, in mare fundis aquas. Ov. Am. 3, 2, 34.

955.

Informes hiemes reducit
Juppiter, idem
Summovet. Non si male nunc, et olim
Sic erit. — Hor. Od. 2, 10, 15.

956.

Ingenia melius recta se in laudes ferunt,
Si nobilem animum vegeta libertas alit. Sen. Hipp. 459.

957.

Ingenio stat sine morte decus. Prop. Eleg. 3, 1, 64.

958.

Ingenio stimulos subdere fama solet. Ov. Trist. 5, 1, 76.

959.

Ingenium coeleste suis velocius annis
Surgit et ingratae fert mala damna morae. Ov. A. A. 1, 185.

960.

Ingenium est omnium
Hominum ab labore proclive ad libidinem. Ter. Andr. 77.

961.

Ingenium longa rubigine laesum
Torpet et est multo quam fuit ante minus. Ov. Trist. 5, 12, 21.

962.

Ingenium magni detrectat livor Homeri. Ov. Rem. 365.

963.

Ingenium mala saepe movent. — Ov. A. A. 2, 43.

964.

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:
At nunc barbaries grandis habere nihil. Ov. Am. 3, 8, 3.

965.

Ingenium res
Adversae nudare solent, celare secundae. Hor. Sat. 2, 8, 73.

966.

Ingenium tantis excidit omne malis. Ov. Trist. 1, 1, 48.

967.

Ingentes animos angusto in pectore versant. Virg. Georg. 4, 83.

968.

Ingrata misero vita ducenda est. Hor. Epod. 17, 63.

969.

Ingratos ante omnia pone sodales! Juv. Sat. 11, 192.

970.

Ingratus unus omnibus miseris nocet. P. Syr.

971.

Injicietque manum formae damnosa senectus,
Quae strepitum passu non faciente venit. Ov. Trist. 3, 7, 35.

972.

Iniqua nunquam regna perpetuo manent. Sen. Med. 196.

973.

Iniqua raro maximis virtutibus
Fortuna parcit. — Sen. Herc. Fur. 325.

974.

In judicando criminosa est celeritas. P. Syr.

975.

Injuriarum remedium est oblivio. P. Syr.

976.

In laqueos, quos posuere, ruant. Ov. A. A. 1, 646.

977.

In magnis et voluisse sat est. Prop. Eleg. 2, 8, 10.

978.

In malis extremum decus
Fortiter vinci. — Sen. Agam. 622.

979.

In malis sperare bene nisi innocens nemo solet. P. Syr.

980.

Innatus apes amor urget habendi. Virg. Georg. 4, 177.

981.

Innocuos censura potest permittere lusus. Mart. Epigr. 1, 4, 7.

982.

In nullum avarus bonus est, in se pessimus. P. Syr.

983.

In omne . . . .
Nobilis aevum. Hor. Od. 3, 11, 35.

984.

Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. P. Syr.

985.

Inops, potentem dum vult imitari, perit. Phaedr. Fab. 1, 24, 1.

986.

In pretio pretium nunc est: dat census honores,
Census amicitias; pauper ubique jacet. Ov. Fast. 1, 217.

987.

In primis venerare deos. — Virg. Georg. 1, 338.

988.

In principatu commutando civium
Nil praeter domini nomen mutant pauperes. Phaedr. Fab. 1, 15, 1.

989.

In prolem transcurrit gratia patrum. Claud. Laud. Stil. 2, 51.

990.

Inque brevi cursu mutantur saecla animantum
Et quasi cursores vitai lampada tradunt. Lucret. R. N. 2, 78.

991.

Inque suum miseros excitat ales opus. Ov. Am. 1, 6, 66.

992.

Inquinat egregios adjuncta superbia mores. Claud. IV. Cons. Hon. 305.

993.

In re mala animo si bono utare, adjuvat. Plaut. Capt. 2, 1, 8.

994.

Insanire libet quoniam tibi. — Virg. Buc. 3, 36.

995.

Insanus medio flumine quaeris aquam. Prop. Eleg. 1, 9, 16.

996.

In se magna ruunt: laetis hunc numina rebus
Crescendi posuere modum. — Lucan. Phars. 1, 81.

997.

Inspicere tanquam in speculum in vitas omnium
Jubeo atque ex aliis sumere exemplum sibi. Ter. Ad. 415.

998.

Instrue praeceptis animum nec discere cesses:
Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago. Cat. Dist. 3, 1.

999.

In subito subita est medicina tumultu. Grat. Fal. Cyneg. 469.

1000.

In tacito cohibe gaudia clausa sinu. Prop. Eleg. 2, 19, 70.

1001.

Intactumque secundae
Fortunae ingenium vitia allatrantia quassant. Sil. Ital. Pun. 11, 425.

1002.

Integer vitae scelerisque purus
Non eget Mauri jaculis neque arcu
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra. Hor. Od. 1, 22, 1.

1003.

Intendas animum studiis et rebus honestis. Hor. Ep. 1, 2, 36.

1004.

Inter audaces lupus errat agnos. Hor. Od. 3, 18, 13.

1005.

Inter convivas fac sis sermone modestus,
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi. Cat. Dist. 3, 20.

1006.

Inter cuncta leges et percontabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter aevum,
Num te semper inops agitet vexetque cupido,
Num pavor et rerum mediocriter utilium spes. Hor. Ep. 1, 18, 96.

1007.

Interdum lacrimae pondera vocis habent. Ov. Pont. 3, 1, 158.

1008.

Interdum vulgus rectum videt: est, ubi peccat.
Si veteres ita miratur laudatque poëtas,
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat. Hor. Ep. 2, 1, 63.

1009.

Intererit multum, divusne loquatur an heros. Hor. A. P. 114.

1010.

Inter finitimos vetus atque antiqua simultas. Juv. Sat. 15, 33.

1011.

Interim poena est mori:
Sed saepe donum: pluribus veniae fuit. Sen. Herc. Oet. 930.

1012.

Interim scelus est fides. Sen. Herc. Oet. 481.

1013.

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Ut possis animo quemvis sufferre laborem. Cat. Dist. 3, 7.

1014.

Inter spem curamque, timores inter et iras
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum:
Grata superveniet, quae non sperabitur, hora. Hor. Ep. 1, 4, 12.

1015.

Inter utrumque tene: Fortunae cetera mando,
Quae juvet et melius quam tu tibi consulat, opto. Ov. Met. 2, 140.

1016.

Inter utrumque vola! — Ov. A. A. 2, 63.

1017.

Intolerabilius nihil est quam femina dives. Juv. Sat. 6, 460.

1018.

Intra
Fortunam debet quisque manere suam. Ov. Trist. 3, 4, 25.

1019.

Intrat amor mentes usu, dediscitur usu. Ov. Rem. 503.

1020.

Intrepidus, quamcunque datis mihi, numina, mortem
Accipiam. — Lucan. Phars. 5, 658.

1021.

I nunc, tolle animos et fortia facta recense! Ov. Her. 9, 105.

1022.

Invenit arma furor. — Lucan. Phars. 3, 671.

1023.

Invenitur natura ingenium bonum. Plaut. Poen. 1, 2, 89.

1024.

Invia virtuti nulla est via. — Ov. Met. 14, 113.

1025.

Invictumque virum vincit dolor. — Ov. Met. 13, 386.

1026.

Invidia . . . ceu fulmine summa vaporant
Plerumque et quae sunt aliis magis edita cunque. Lucret. R. N. 5, 1131.

1027.

Invidiam ferre aut fortis aut felix potest. P. Syr.

1028.

Invidiam quod habet, non solet ire diu. Prop. Eleg. 2, 19, 74.

1029.

Invidus alterius macrescit rebus opimis:
Invidia Siculi non invenere tyranni
Majus tormentum. — Hor. Ep. 1, 2, 57.

1030.

Invidus, annoso famam qui derogat aevo,
Qui vates ad vera vocat. — Lucan. Phars. 9, 359.

1031.

Invisa nunquam imperia retinentur diu. Sen. Phoen. 660.

1032.

Invitat culpam, qui peccatum praeterit. P. Syr.

1033.

In vitium ducit culpae fuga, si caret arte. Hor. A. P. 31.

1034.

Invitum qui servat, idem facit occidenti. Hor. A. P. 467.

1035.

In vulnus nunquam virtus, sed saepe libido
Impellit, turpisque emitur vel morte voluptas. Manil. Astron. 5, 112.

1036.

Jo messes et bona vina date! Tib. Eleg. 1, 1, 24.

1037.

Jovis
. . . .
Cuncta supercilio moventis. Hor. Od. 3, 1, 6.

1038.

Jovis omnia plena. Virg. Buc. 3, 60.

1039.

Ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca. Gell. N. A. 17, 12 [e graeco *].

1040.

Ipsa etiam veniens consumet saxa vetustas,
Et nullum est, quod non tempori cedat, opus. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 273.

1041.

Ipsa potestas
Semina nequitiae languidiora facit. Ov. Am. 3, 4, 9.

1042.

Ipsaque tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat. Virg. Georg. 1, 127.

1043.

Ipsa quidem virtus pretium sibi. — Claud. Cons. Manl. Theod. 1.

1044.

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces;
Dulce tamen venit ad manes, cum gratia vitae
Durat apud superos nec edunt oblivia laudem. Sil. Ital. Pun. 13, 663.

1045.

Ipse dedit cupidis fallere posse deus. Tib. Eleg. 1, 8, 56.

1046.

Ipse deus somno domitos emittere vocem
Jussit et invitos facta tegenda loqui. Tib. Eleg. 1, 9, 27.

1047.

Ipse jubet mortis te meminisse deus. Mart. Epigr. 2, 59, 4.

1048.

Ipse licet Musis venias comitatus, Homere:
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras. Ov. A. A. 2, 279.

1049.

Ipse seram teneras maturo tempore vites
Rusticus et facili grandia poma manu. Tib. Eleg. 1, 1, 7.

*) Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

1050.

Ipse suo voluit commercia mundo
Jupiter et tantos hominum miscere labores. Valer. Flacc. Argon. 1, 246.

1051.

Ipse vocat animos nostros ad sidera mundus
Nec patitur, quia non condit, sua jura latere. Manil. Astron. 4, 920.

1052.

Ira concitum pectus doma. Sen. Med. 506.

1053.

Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum. P. Syr.

1054.

Ira furor brevis est: animum rege; qui nisi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catena. Hor. Ep. 1, 2, 62.

1055.

Iram atque animos a crimine sumunt. Juv. Sat. 6, 285.

1056.

Irarum tantos volvis sub pectore fluctus? Virg. Aen. 12, 831.

1057.

Iratus cum ad se redit, sibi tum irascitur. P. Syr.

1058.

Irritaturque, retenta
Et crescit rabies. — Ov. Met. 3, 566.

1059.

Irus et est subito, qui modo Croesus erat. Ov. Trist. 3, 7, 42.

1060.

Is demum miser est, qui aerumnam suam nequit
Occultare. — Caecil. apud Gell. N. A. 2, 23.

1061.

I secundo
Omine et nostri memorem sepulcro
Scalpe querelam. Hor. Od. 3, 11, 50.

1062.

Is est amicus, qui in re dubia re juvat, ubi re est opus. Plaut. Epid. 1, 2, 10.

1063.

Is est honos homini pudico meminisse officium suum. Plaut. Trin. 3, 2, 71.

1064.

Is est immunis, cui nihil est, qui munus fungatur suum. Plaut. Trin. 2, 2, 73.

1065.

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit. P. Syr.

1066.

Ista virtus est, quando usu est, qui malum fert fortiter.
Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum. Plaut. Asin. 2, 2, 57.

1067.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est,
Videre, sed etiam illa, quae futura sunt,
Prospicere. — Ter. Ad. 386.

1068.

Istuc est sapere, qui, ubicunque opus sit, animum possis flectere. Ter. Hec. 608.

1069.

Ita amicum habeas, posse ut fieri hunc inimicum putes. P. Syr.

1070.

Ita dis est complacitum, voluptatem ut maeror comes consequatur. Plaut. Amph. 2, 2, 5.

1071.

Ita plerique omnes sumus ingenio: nostri nosmet poenitet. Ter. Phorm. 172.

1072.

Ita principe dignum. Ov. Trist. 2, 133.

1073.

Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris,
Si illud, quod maxime opus est jactu, non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Ter. Ad. 739.

1074.

Ite procul durum curae genus, ite labores. Tib. Eleg. 3, 6, 7.

1075.

Ite profani,
Clamatur. — Juv. Sat. 2, 89.

1076.

Iucundum et earum sterilis facit uxor amicum. Juv. Sat. 5, 140.

1077.

Judicis officium est, ut res, ita tempora rerum
Quaerere. — Ov. Trist. 1, 1, 37.

1078.

Jungamus amores:
Jam veniet tenebris Mors adoperta caput. Tib. Eleg. 1, 1, 69.

1079.

Junge pares. — Virg. Georg. 3, 169.

1080.

Jupiter annuerat: nutu tremefactus uterque
Est polus, et coeli pondera sensit Atlas. Ov. Fast. 2, 489.

1081.

Jupiter est, quodcunque vides, quodcunque moveris. Lucan.
Phars. 9, 580.

1082.

Jupiter ingeniis praebet sua numina vatum
Seque celebrari quolibet ore sinit.

1083.

Jupiter omnipotens, audacibus annue coeptis! Virg. Aen. 9, 625.

1084.

Jupiter utilibus quoties juvat imbribus agros,
Mixta tenax segeti crescere lappa solet. Ov. Pont. 2, 1, 13.

1085.

Jura, fides, ubi nunc, commissaque dextera dextrae?
Quique erat in falso plurimus ore deus? Ov. Her. 2, 31.

1086.

Jura inventa metu injusti fateare necesse est,
Tempora si fastosque velis evolvere mundi.
Nec natura potest justo secernere iniquum,
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis,
Nec vincet ratio hoc. — Hor. Sat. 1, 3, 111.

1087.

Jura pudorque
Et conjugii sacrata fides
Fugiunt aulas. — Sen. Agam. 79.

1088.

Jura senes norint et quid liceatque nefasque
Fasque sit inquirant. — Ov. Met. 9, 550.

1089.

Juravi lingua, mentem iujuratam gero. Cic. Off. 3, 29, 108 [ex Euripide].*)

1090.

Jus est in armis, opprimit leges timor. Sen. Herc. Fur. 253.

1091.

Jus summum saepe summa est malitia. Ter. Heaut. 796.

1092.

Justa, qui reges timet,
Deponat; omne pellat ex animo decus.
Malus est minister regii imperii pudor. Sen. Hipp. 428.

1093.

Justa vir arma movet. Ov. Her. 5, 98.

1094.

Justo esse facile est, cui vacat pectus metu. Sen. (?) Oct. 441.

1095.

Justum et tenacem propositi virum
Non civium ardor prava jubentium
Nec vultus instantis tyranni
Mente quatit solida. — Hor. Od. 3, 3, 1.

1096.

Juvat ipse labor. — Mart. Epigr. 1, 107, 8.

1097.

Juvenile vitium est regere non posse impetum. Sen. Troad. 251.

---

*) Graeca verba haec sunt (Eurip. Hipp. 611): Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

1098.

Labitur occulte fallitque volatilis aetas,
Et nihil est annis velocius. — Ov. Met. 10, 519.

1099.

Labitur occulte fallitque volatilis aetas,
Ut celer admissis labitur amnis aquis. Ov. Am. 1, 8, 19.

1100.

Labor est etiam ipsa voluptas. Manil. Astron. 4, 155.

1101.

Labor est inhibere volantes. Ov. Met. 2, 128.

1102.

Labor omnia vincit
Improbus et duris urgens in rebus egestas. Virg. Georg. 1, 145.

1103.

Lacrimae nostri pars optima sensus. Juv. Sat. 15, 133.

1104.

Laedere qui potuit, prodesse aliquando valebit. Cat. Dist. 4, 39.

1105.

Laetius est, quoties magno sibi constat, honestum. Lucan. Phars. 9, 404.

1106.

Laetus in praesens animus, quod ultra est,
Oderit curare et amara lento
Temperet risu: nihil est ab omni
Parte beatum. Hor. Od. 2, 16, 25.

1107.

Laetus sorte tua vives sapienter. — Hor. Ep. 1, 10, 44.

1108.

Lataque plus parvis vela timoris habent. Ov. Trist. 3, 4, 10.

1109.

Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam si Libyam remotis
Gadibus jungas et uterque Poenus
Serviat uni. Hor. Od. 2, 2, 9.

1110.

Landamns veteres; sed nostris utimur annis:
Mos tamen est aeqne dignns nterque coli. Ov. Fast. 1, 225.

1111.

Laudare parum est: laudemnr et ipsi. Ov. Met. 6, 3.

1112.

Laudatas ostentat avis Junonia pennas.
Si tacitus spectes, illa recondit opes. Ov. A. A. 1, 629.

1113.

Laudato ingentia rura,
Exiguum colito! — Virg. Georg. 2, 412.

1114.

Laudatnr ab his, enlpatur ab illis. Hor. Sat. 1, 2, 11.

1115.

Laudat venales, qui vult extrudere, merces. Hor. Ep. 2, 2, 11.

1116.

Laudis est pnrum tenuisse ferrum. Sen. Herc. Oet. 1561.

1117.

Lans nova nisi oritnr, etiam vetns amittitur. P. Syr.

1118.

Laus vera et humili saepe contingit viro:
Non nisi potenti falsa. — Sen. Thyest. 211.

1119.

Legem nocens verêtnr, fortuñam innocens. P. Syr.

1120.

Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendnm est;
Quae venit indigne poeña, dolenda venit. Ov. Her. 5, 7.

1121.

Lentescnnt tempore curae. Ov. A. A. 2, 357.

1122.

Leti mille repente viae. Tib. Eleg. 1, 3, 50.

1123.

Letum non omnia finit. Prop. Eleg. 4, 7, 1.

1124.

Levant et carmina curas. Nemes. Buc. 4, 19.

1125.

Leve est miserias ferre, perferre est grave. Sen. Thyest. 307.

1126.

Leve fit, quod bene fertur, onus. Ov. Am. 1, 2, 10.

1127.

Levis est dolor, qui capere consilium potest. Sen. Med. 155.

1128.

Levis est fortuna: cito reposcit, quae dedit. P. Syr.

1129.

Levius fit patientia,
Quidquid corrigere est nefas. Hor. Od. 1, 24, 19.

1130.

Levius solet timere, qui propius timet. Sen. Troad. 516.

1131.

Lex universa est, quae jubet nasci et mori. P. Syr.

1132.

Libertas pauperis haec est:
Pulsatus rogat et pugnis concisus adorat,
Ut liceat paucis cum dentibus inde reverti. Juv. Sat. 3, 299.

1133.

Liceat casum miserari insontis amici. Virg. Aen. 5, 350.

1134.

Liceat modo vivere. — Juv. Sat. 2, 135.

1135.

Licet sub paupere tecto
Reges et regum vita praecurrere amicos. Hor. Ep. 1, 10, 32.

1136.

Licet superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus. Hor. Epod. 4, 5.

1137.

Licet tristes animo deponere curas. Virg. Georg. 4, 531.

1138.

Lingua est maliloquax mentis indicium malae. P. Syr.

1139.

Lingua fuit damno. — Ov. Met. 2, 540.

1140.

Lingua mali pars pessima servi. Juv. Sat. 9, 120.

1141.

Lingua, sile: non est ultra narrabile quidquam. Ov. Pont. 2, 2, 61.

1142.

Linguisque animisque favete! Ov. Fast. 1, 71.

1143.

Linque metum leti: nam stultum est tempore in omni,
Dum mortem metuas, amittere gaudia vitae. Cat. Dist. 2, 3.

1144.

Linquenda tellus et domus et placens
Uxor, neque harum, quas colis, arborum
Te praeter invisas cupressos
Ulla brevem dominum sequetur. Hor. Od. 2, 14, 21.

1145.

Linque tuas sedes alienaque litora quaere,
O juvenis: major rerum tibi nascitur ordo. Petron. Fragm. 27.

1146.

Lite vacent aures, insanaque protinus absint
Jurgia. — Ov. Fast. 1, 73.

1147.

Litis praeteritae noli maledicta referre:
Post inimicitias iram meminisse malorum est. Cat. Dist. 2, 15.

1148.

Litore quot conchae, tot sunt in amore dolores. Ov. A. A. 2, 519.

1149.

Locus est inamabilis et quo
Esse nihil toto tristius orbe potest. Ov. Trist. 5, 7, 43.

1150.

Longa dies homini docuit parere leones,
Longa dies molli saxa peredit aqua.
Annus in apricis maturat collibus uvas,
Annus agit certa lucida signa vice. Tib. Eleg. 1, 4, 17.

1151.

Longae dira obsidionis egestas. Juv. Sat. 15, 96.

1152.

Longa est injuria, longae
Ambages: sed summa sequar fastigia rerum. Virg. Aen. 1, 341.

1153.

Longa mora est nobis omnis, quae gaudia differt. Ov. Her. 19, 3.

1154.

Longa mora est, quantum noxae sit ubique repertum,
Enumerare: minor fuit ipsa infamia vero. Ov. Met. 1, 214.

1155.

Longe praestat in arte
Et solertius est multo genus omne virile. Lucret. R. N. 5, 1355.

1156.

Longique perit labor irritus anni. Ov. Met. 1, 273.

1157.

Longius aut propius mors sua quemque manet. Prop. Eleg. 2, 21, 58.

1158.

Longum probitas perdurat in aevum. Ov. Med. Fac. 49.

1159.

Lucra petituras freta per parentia ventis
Ducunt instabiles sidera certa rates. Tib. Eleg. 1, 9, 9.

1160.

Lucri bonus est odor ex re
Qualibet. — Juv. Sat. 14, 202.

1161.

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis. Hor. A. P. 379.

1162.

Ludi quoque semina praebent
Nequitiae. — Ov. Trist. 2, 279.

1163.

Ludite: eunt anni more fluentis aquae.
Nec quae praeteriit, iterum revocabitur unda,
Nec quae praeteriit, hora redire potest. Ov. A. A. 3, 62.

1164.

Ludite: jam Nox jungit equos currumque sequuntur
Matris lascivo sidera fulva choro. Tib. Eleg. 2, 1, 87.

1165.

Ludit in humanis divina potentia rebus,
Et certam praesens vix habet hora fidem. Ov. Pont. 4, 3, 49.

1166.

Ludus enim genuit trepidum certamen et iram,
Ira truces inimicitias et funebre bellum. Hor. Ep. 1, 19, 48.

1167.

Lupus est homo homini, non homo, cum, qualis sit, non novit.
Plaut. Asin. 2, 4. 88.

1168.

Lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit latebrasque per omnes
Intrat. — Claud. IV. Cons. Hon. 273.

1169.

Lux immensi publica mundi. Ov. Met. 2, 35.

1170.

Luxuriae desunt multa, avaritiae omnia. P. Syr.

1171.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis,
Nec facile est aequa commoda mente pati. Ov. A. A. 2, 437.

1172.

Luxuries praedulce malum. — Claud. Laud. Stil. 2, 132.

1173.

Magis illa juvant, quae pluris emuntur. Juv. Sat. 11, 16.

1174.

Magis utile nil est
Artibus his, quae nil utilitatis habent. Ov. Pont. 1, 5, 53.

1175.

Magnae periclo sunt opes obnoxiae. Phaedr. Fab. 2, 7, 14.

1176.

Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
Inque suo pretio ruga senilis erat. Ov. Fast. 5, 57.

1177.

Magna inter molles concordia. — Juv. Sat. 4, 47.

1178.

Magnanimo injuriae remedium oblivio est. P. Syr.

1179.

Magna non latitant mala. Sen. Med. 156.

1180.

Magnas inter opes inops. Hor. Od. 3, 16, 28.

1181.

Magne pater divum, saevos punire tyrannos
Haud alia ratione velis, cum dira libido
Moverit ingenium ferventi tincta veneno:
Virtutem videant intabescantque relicta. Pers. Sat. 3, 35.

1182.

Magnifica verba mors prope admota excutit. Sen. Troad. 576.

1183.

Magni nunc erit oris opus. Prop. Eleg. 2, 8, 16.

1184.

Magnis opibus dormitur in urbe. Juv. Sat. 3, 235.

1185.

Magno post didicisse malo. Tib. Eleg. 1, 6, 52.

1186.

Magnos supera virtute dolores. Ov. Met. 8, 517.

1187.

Magnum iter adscendo, sed dat mihi gloria vires:
Non juvat ex facili lecta corona jugo. Prop. Eleg. 4, 10, 3.

1188.

Magnum pauperies opprobrium jubet
Quidvis et facere et pati
Virtutisque viam deserit arduae. Hor. Od. 3, 24, 42.

1189.

Magnum, quodcunque paravi. Ov. Met. 6, 618.

1190.

Magnum timoris remedium clementia est. Sen. (?) Oct. 442.

1191.

Magnus sibi ipse non facit finem dolor. Sen. Troad. 787.

1192.

Majestatem res data dantis habet. Ov. Pont. 4, 9, 68.

1193.

Majora peractis
Instant. — Tib. Eleg. 4, 1, 118.

1194.

Major enim mediis gratia rebus inest. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 82.

1195.

Major rerum mihi nascitur ordo,
Majus opus moveo. — Virg. Aen. 7, 44.

1196.

Major sum, quam cui possit fortuna nocere. Ov. Met. 6, 195.

1197.

Majus ab exsequiis nomen in ora venit. Prop. Eleg. 3, 1, 24.

1198.

Majus erat nostris viribus illud onus. Ov. Trist. 4, 10, 36.

1199.

Majus opus mores composuisse suos. Ov. A. A. 3, 370.

1200.

Mala causa silenda est. Ov. Pont. 3, 1, 147.

1201.

Male creditur hosti. Ov. Fast. 2, 225.

1202.

Malefacere qui vult, nusquam non causam invenit. P. Syr.

1203.

Malefactorem omitti satius est quam relinqui beneficum. Plaut. Bacch. 3, 2, 11.

1204.

Male imperando summum imperium amittitur. P. Syr.

1205.

Male imperatur, cum regit vulgus duces. Sen. (?) Oct. 579.

1206.

Male ominatis
Parcite verbis. — Hor. Od. 3, 14, 11.

1207.

Male parta male dilabuntur. Naev. apud Cic. Phil. 2, 27.

1208.

Male partum male disperit. Plaut. Poen. 4, 2, 22.

1209.

Male verum examinat omnis
Corruptus judex. — Hor. Sat. 2, 2, 8.

1210.

Male vincetis, sed vincite. — Ov. Met. 8, 509.

1211.

Malevolus animus abditos dentes habet. P. Syr.

1212.

Malignos fieri maxime ingrati docent. P. Syr.

1213.

Malo benefacere tantundem est periculum,
Quantum bono malefacere . . . . :
Malo si quid benefacias, id beneficium interit. Plaut. Poen. 3, 3, 20.

1214.

Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet.
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Quem beneficio adjungas, ille ex animo facit,
Studet par referre, praesens absensque idem erit. Ter. Ad. 1, 1.

1215.

Malo ego nos prospicere quam hunc ulsisci accepta injuria. Ter. Eun. 762.

1216.

Malo in consilio feminae vincunt viros. P. Syr.

1217.

Malo quam bene olere nil olere. Mart. Epigr. 5, 55, 6.

1218.

Malum consilium consultori pessimum. P. Syr.

1219.

Malus bonum malum esse vult, similis ut sit sui. Plaut. Trin. 2, 2, 6.

1220.

Malus bonum ubi se simulat, tunc est pessimus. P. Syr.

1221.

Malus est minister regii imperii pudor. Sen. Hipp. 430.

1222.

Malus est vocandus, qui sua est causa bonus. P. Syr.

1223.

Malus obtrectat facta immortalia livor. Sil. Ital. Pun. 11, 610.

1224.

Manet sub Jove frigido
Venator. — Hor. Od. 1, 1, 25.

1225.

Mare quidem commune certo'st omnibus. — Plaut. Rud. 4, 3, 36.

1226.

Materies vitiis aurum letale parandis,
Auri caecus amor ducit in omne nefas. Rutil. Nam. Itin. 357.

1227.

Mavelim mihi inimicos invidere quam me inimicis meis.
Nam invidere alii bene esse, tibi male esse miseria est.
Qui invident, egent: illi, quibus invidetur, rem habent. Plaut. Truc. 3, 2, 30.

1228.

Maxima debetur puero reverentia. Si quid
Turpe paras, ne tu pueri contempseris annos:
Sed peccaturo obstet tibi filius infans. Juv. Sat. 14, 47.

1229.

Maxima pars hominum morbo jactatur eodem. Hor. Sat. 2, 3, 121.

1230.

Maxima quaeque domus servis est plena superbis. Juv. Sat. 5, 66.

1231.

Maximum hoc regni bonum est,
Quod facta domini cogitur populus sui
Tam ferre quam laudare. — Sen. Thyest. 205.

1232.

Medeae faciunt ad scelus omne manus. Ov. Her. 6, 128.

1233.

Medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. Lucret. R. N. 4, 1133.

1234.

Medio maxima turba mari est. Prop. Eleg. 3, 2, 24.

1235.

Medio tutissimns ibis. Ov. Met. 2, 137.

1236.

Meditari secum oportet, quo pacto adversam aerumnam ferant.
Ter. Phorm. 242.

1237.

Me focus et nigros non indignantia fumos
Tecta juvant et fons vivus et herba rudis.
Sit mihi verna satur, sit non doctissima conjux,
Sit nox cum somno, sit sine lite dies. Mart. Epigr. 2, 90, 7.

1238.

Me juvat in prima colnisse Helicona juventa
Musarumque choris implicuisse manus. Prop. Eleg. 3, 3, 41.

1239.

Me liceat casum miserari insontis amici. Virg. Aen. 5, 350.

1240.

Melior, qui semper et omni
Nocte dieque potest alienum sumere vultum. Juv. Sat. 3, 104.

1241.

Membra reformidant mollem quoque saucia tactum,
Vanaque sollicitis incutit umbra metum. Ov. Pont. 2, 7, 13.

1242.

Me mea paupertas vitae traducat inerti,
Dum meus assiduo luceat igne focus. Tib. Eleg. 1, 1, 5.

1243.

Meminisse dulce est, quao fuit durum pati. Sen. Herc. Fur. 656.

1244.

Memorem immemorem facit, qui monet, quod memor meminit. Plaut. Pseud. 940.

1245.

Mendaces ludunt flatus in amore secundo;
Si qua venit sero, magna ruina venit. Prop. Eleg. 2, 19, 67.

1246.

Mens immota manet: lacrimae volvuntnr inanes. Virg. Aen. 4, 449.

1247.

Mens impudicam facere, non casus solet. Sen. Hipp. 735.

1248.

Mens regnum bona possidet. — Sen. Thyest. 380.

1249.

Mens viri fortis sibi constat. — Hor. Od. 1, 39, 14.

1250.

Mentem sanari, corpus ut aegrum,
Cernimus et flecti medicina posse videmus. Lucret. R. N. 3, 510.

1251.

Menti quolibet ire licet. Ov. Pont. 3, 5, 48.

1252.

Mentis causa malae tamen est et origo penes te. Juv. Sat. 14, 226.

1253.

Meo animo omnes sapientes
Suum officium est colere et facere. Plaut. Stich. 1, 1, 38.

1254.

Mercede caret per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis. Ov. Pont. 2, 3, 35.

1255.

Me similem vestris moribus esse putas? Prop. Eleg. 2, 22, 32.

1256.

Messe tenus propria vive! — Pers. Sat. 6, 25.

1257.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. Hor. Ep. 1, 7, 98.

1258.

Metuo tamen omnia. — Ov. Met. 3, 281.

1259.

Mihi crede, falsis magna nominibus placent. Sen. Thyest. 446.

1260.

Mihi facti
Fama sat est. — Virg. Aen. 9, 194.

1261.

Mihi plaudo
Ipse domi, simulac nummos contemplor in arca. Hor. Sat. 1, 1, 66.

1262.

Mihi res, non me rebus submittere conor. Hor. Ep. 1, 1, 19.

1263.

Mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quae spem
Consiliumque morantur agendi gnaviter id, quod
Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque,
Aeque neglectum pueris senibusque nocebit. Hor. Ep. 1, 1, 23.

1264.

Mille animos excipe mille modis.
Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Convenit, haec oleis; hic bene farra virent.
Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figurae:
Qui sapit, innumeris moribus aptus erit. Ov. A. A. 1, 756.

1265.

Mille hominum species et rerum discolor usus:
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno. Pers. Sat. 5, 52.

1266.

Mille mali species, mille salutis erunt. Ov. Rem. 526.

1267.

Mille modis amor ignorandus est, procul abdendus est, abstinendus est:
Nam qui in amorem praecipitavit, periit, quasi saxo saliat.
Plaut. Trin. 2, 1, 29.

1268.

Mille modis leti miseros mors una fatigat. Stat. Theb. 9, 280.

1269.

Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria. Ter. Ad. 197.

1270.

Minimum decet libere, cui multum licet. Sen. Troad. 337.

1271.

Minor admiratio summis
Debetur monstris. — Juv. Sat. 6, 646.

1272.

Minuentur atrae
Carmine curae. Hor. Od. 4, 11, 35.

1273.

Minuet vindicta dolorem. Ov. Am. 1, 7, 63.

1274.

Minuit praesentia famam. Claud. Bell. Gild. 385.

1275.

Minus est insania turpis. Juv. Sat. 2, 71.

1276.

Minus gaudent, qui timuere nihil. Mart. Epigr. 11, 36, 4.

1277.

Minus placet, quod consuadetur: quod dissuadetur, placet.
Cum inopia est, cupias: quando ejus copia est, tum non velis.
Plaut. Trin. 3, 2, 44.

1278.

Mira loquor. — Ov. Met. 7, 549.

1279.

Mirantur justique senes trepidaeque puellae. Ov. Her. 1, 29.

1280.

Mirarisque alios, cum sis mirabilis ipse. Ov. Pont. 2, 5, 39.

1281.

Miris modis di ludos faciunt hominibus. Plaut. Rud. 3, 1, 1.

1282.

Miscentur tristia laetis. Ov. Fast. 6, 463.

1283.

Misera est magni custodia census. Juv. Sat. 14, 304.

1284.

Miserere inopum sociorum. Juv. Sat. 8, 89.

1285.

Miser ex potente fit, ex misero potens. Sen. Thyest 35.

1286.

Miser homo est, qui ipsus sibi, quod edit, quaerit et id aegre invenit:
Sed ille est miserior, qui et aegre quaerit et nihil invenit.
Ille misserrimus est, qui, cum esse cupit, quod edit, non habet.
Plaut. Capt. 3, 1, 1.

1287.

Miserias properant suas
Audire miseri. — Sen. Herc. Oet. 754.

1288.

Miseris coelestia numina parcunt,
Nec semper laesos et sine fine premunt. Ov. Pont. 3, 6, 21.

1289.

Miser occupet praesidia, securus legat. Sen. Troad. 498.

1290.

Miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re consiliumque fugit. Ov. Pont. 4, 12, 47.

1291.

Miserrimum est timere, cum speres nihil. Sen. Troad. 426.

1292.

Miserum est aliorum incumbere famae. Juv. Sat. 8, 76.

1293.

Miserum est tacere cogi, quod cupias loqui. P. Syr.

1294.

Miserum istuc verbum et pessimum est: habuisse et nihil habere. Plaut. Rud. 5, 2, 34.

1295.

Mitibus
Mutare quaero tristia. — Hor. Od. 1, 16, 25.

1296.

Mitius exsilium faciunt loca. — Ov. Pont. 2, 7, 63.

1297.

Mitius ille perit, subita qui mergitur unda,
Quam sua qui tumidis brachia lassat aquis. Ov. Pont. 3, 7, 27.

1298.

Mitius inveni quam te genus omne ferarum. Ov. Her. 10, 1.

1299.

Mittere carmen ad hunc frondes erat addere silvis. Ov. Pont. 4, 2, 13.

1300.

Mitte singultus, bene ferre magnam
Disce fortunam. — Hor. Od. 3, 27, 74.

1301.

Mixtaque cum veris passim commenta vagantur
Milia rumorum confusaque verba volutant. Ov. Met. 12, 54.

1302.

Mixta senum ac juvenum densantur funera. — Hor. Od. 1, 28, 19.

1303.

Mobile mutatur semper cum principe vulgus. Claud. IV. Cons. Hon. 302.

1304.

Mobile sic sequitur fortunae lumina vulgus:
Quae simul inducta nube teguntur, abit. Ov. Trist. I, 9, 13.

1305.

Mobilis et varia est ferme natura malorum. Juv. Sat. 13, 236.

1306.

Modo liceat vivere, est spes. — Ter. Heaut. 981.

1307.

Modus omnibus in rebus . . . . optimum est habitu.
Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex se. Plaut. Poen. 1, 2, 29.

1308.

Mollesque inglorius annos
Exige: amicitias et tibi junge pares. Ov. Trist. 3, 4, 43.

1309.

Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur,
Quae lacrimas dedit: haec nostri pars optima sensus. Juv. Sat. 15, 131.

1310.

Moniti meliora sequamur. Virg. Aen. 3, 188.

1311.

Mons parturibat gemitus immanes ciens,
Eratque in terris maxima exspectatio:
At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi,
Qui, magna cum minaris, extricas nihil. Phaedr. Fab. 4, 22, 1.

1312.

Mora saepe malorum
Dat causas. — Manil. Astron. 4, 75.

1313.

Mora semper amantes
Incitat, exiguum si modo tempus habet. Ov. A. A. 3, 473.

1314.

Morbis in corporis avius errat
Saepe animus: dementit enim deliraque fatur. Lucret. R. N. 3, 463.

1315.

Morborum in vitio facilis medicina recenti. Grat. Fal. Cyneg. 361.

1316.

Morem fecerat usus. Ov. Met. 2, 345.

1317.

Moribus et forma conciliandus amor. Ov. Her. 6, 93.

1318.

Mori volenti deesse mors nunquam potest. Sen. Hipp. 878.

1319.

Mors est jam requies, vivere poena mihi. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 4.

1320.

Mors et fugacem persequitur virum. Hor. Od. 3, 2, 14.

1321.

Mors etiam saxis nominibusque venit. Auson. Epigr. 36, 10.

1322.

Mors ipsa refugit
Saepe virum. — Lucan. Phars. 2, 75.

1323.

Mors mihi munus erit. — Ov. Met. 9, 181.

1324.

Mors morte pianda est. Ov. Met. 8, 483.

1325.

Mors optima perire lacrimandum suis Sen. Hipp. 881.

1326.

Morsque minus poenae quam mora mortis habet. Ov. Her. 10, 82.

1327.

Mors sola fatetur,
Quantula sint hominum corpuscula. — Juv. Sat. 10, 172.

1328.

Mors ultimâ linea rerum est. Hor. Ep. 1, 16, 79.

1329.

Mors ultima poena. Lucan. Phars. 8, 395.

1330.

Mortalia facta peribunt:
Nedum sermonum stet honos et gratia vivax. Hor. A. P. 68.

1331.

Mortali urgemur ab hoste
Mortales. — Virg. Aen. 10, 375.

1332.

Morte carent animae. — Ov. Met. 15, 158.

1333.

Mortem misericors saepe pro vita dabit. Sen. Troad. 330.

1334.

Morte mori melins qnam vitam ducere mortis. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 265.

1335.

Mortem timere crudelins est qnam mori. P. Syr.

1336.

Mos est oblivisci hominibus
Neqne uovisse, cujus uihili sit facienda gratia. Plaut. Capt. 5, 3, 8.

1337.

Motos praestat componere fluctus. Virg. Aen. 1, 135.

1338.

Movet animus omues fortis et leto obvius. Sen. Troad. 1147.

1339.

Mnlier saevissima tunc est,
Cum stimulos odio pudor admovet. — Juv. Sat. 10, 328.

1340.

Multa cadunt inter calicem snpremaqne labra. Versio latina graeci versus*) in Gell. N. A. 13, 17 citati.

1341.

Multa dies variique labor mutabilis aevi
Rettulit in melius; multos alterna revisus
Lusit et in solido rursus fortuna locavit. Virg. Aeu. 11, 425.

1342.

Mnlta dominantem vetat
Amor snorum. — Seu. Phoeu. 657.

1343.

Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt. Ne forte seniles
Maudentur juveui partes pueroque viriles:
Semper iu adjunctis aevoque morabimnr aptis. Hor. A. P. 175.

---

*) Graece est: Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

1344.

Multa fidem promissa levant, ubi plenius aequo
Laudat venales, qui vult extrudere, merces. Hor. Ep. 2, 2, 10.

1345.

Multa homini eveniunt, quae vult, quae non vult.
Plaut. Trin. 2, 2, 80.

1346.

Multa ignoscendo fit potens potentior. P. Syr.

1347.

Multa petentibus
Desunt multa: bene est, cui deus obtulit
Parca, quod satis est, manu. Hor. Od. 3, 27, 74.

1348.

Multaque credibili tulimus majora. — Ov. Trist. 1, 4, 49.

1349.

Multaque, dum fiunt, turpia facta placent. Ov. A. A. 3, 218.

1350.

Multa senem circumveniunt incommoda: vel quod
Quaerit et inventis miser abstinet ac timet uti,
Vel quod res omnes timide gelideque ministrat,
Dilator, spe longus, iners avidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor castigatorque minorum. Hor. A. P. 169.

1351.

Multa sunt mulierum vitia: sed hoc e multis maximum est,
Cum sibi nimis placent nimisque operam dant, ut placeant viris.
Plaut. Poen. 5, 4, 33.

1352.

Multa tamen latus tristia pontus habet. Ov. Her. 7, 56.

1353.

Multa trepidus solet
Detegere vultus. — Sen. Thyest. 330.

1354.

Multa vetustas
Destruit; et saxo longa senecta nocet. Ov. Fast. 5, 131.

1355.

Multa vetustas
Lenit. — Ov. A. A. 2, 647.

1356.

Multa virum meritis sustentat fama tropaeis. Virg. Aen. 11, 224.

1357.

Multi ad fatum
Venere suum, dum fata timent. Sen. Oed. 993.

1358.

Multi
Committuut eadem diverso crimina fato:
Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema. Juv. Sat. 13, 103.

1359.

Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni. Acc. apud Cic. Off. 3, 21, 84.

1360.

Multi more isto atque exemplo vivunt, quos cum censeas
Esse amicos, reperiuntur falsi falsimoniis,
Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide. Plaut. Bacch. 3, 6, 11.

1361.

Multi nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt. Hor. Ep. 2, 1, 83.

1362.

Multis ille bonis flebilis occidit. Hor. Od. 1, 24, 9.

1363.

Multis minatur, qui uni facit injuriam. P. Syr.

1364.

Multis res angusta domi. — Juv. Sat. 6, 357.

1365.

Multis utile bellum. Lucan. Phars. 1, 182.

1366.

Multoque in rebus acerbis
Acrius advertunt animos ad religionem.
. . . .
. . . .
Nam verae voces tum demum pectore ab imo
Ejiciuntur, et eripitur persona, manet res. Lucret. R. N. 3, 53.

1367.

Multos in summa pericula misit
Venturi timor ipse mali. Fortissimus ille est,
Qui promtus metuenda pati, si comminus instent,
Et differre potest. — Lucan. Phars. 7, 104.

1368.

Multosque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum. Virg. Aen. 1, 31.

1369.

Multos servat Fortuna nocentes. Lucan. Phars. 3, 448.

1370.

Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur
Quae fluit, an pigro quae stupet unda lacu. Mart. Epigr. 9, 99, 9.

1371.

Multum in amore fides, multum constautia prodest. Prop. Eleg. 2, 20, 27.

1372.

Multum venturi ne cures tempora fati:
Non metuit mortem, qui scit contemnere vitam. Cat. Dist. 4, 22.

1373.

Munditiis capimur: non sint sine lege capilli. Ov. A. A. 3, 133.

1374.

Mundus nil Jove majus habet. Ov. Trist. 2, 38.

1375.

Munera, crede mihi, placant hominesque deosque:
Placatur donis Jupiter ipse datis. Ov. A. A. 3, 653.

1376.

Musa dedit fidibus divos puerosque deorum
Et pugilem victorem et equum certamine primum,
Et juvenum curas et libera vina referre. Hor. A. P. 83.

1377.

Musis amicus tristitiam et metus
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis. — Hor. Od. 1, 26, 1.

1378.

Mutantem regna cometem. Lucan. Phars. 1, 528.

1379.

Mutantur sed cuncta diu variantque per annos. Manil. Astron. 4, 823.

1380.

Mutat enim mundi naturam totius aetas,
Ex alioque alius status excipere omnia debet,
Nec manet ulla sui similis res: omnia migrant,
Omnia commutat natura et vertere cogit. Lucret. R. N. 5, 828.

1381.

Mutuaque inter se laeti convivia curant. Virg. Georg. 1, 301.

1382.

Nam amici quoque res est videnda in tuto ut collocetur. Ter. Heaut. 689.

1383.

Nam cum magna malae superest audacia causae,
Creditur a multis fiducia. — Juv. Sat. 13, 109.

1384.

Nam cum praestiteris verum mihi semper amorem,
Hic tamen adverso tempore crevit amor. Ov. Pont. 4, 6, 23.

1385.

Nam cura novatur,
Cum memor ante actos semper dolor admonet annos. Tib. Eleg. 4, 1, 188.

1386.

Nam curiosus nemo est, quin sit malevolus. Plaut. Stich. 1, 3, 54.

1387.

Nam dives qui fieri vult,
Et cito vult fieri. Sed quae reverentia legum,
Quis metus aut pudor est unquam properantis avari? Juv. Sat. 14, 176.

1388.

Nam dolor ac morbus leti fabricator uterque est. Lucret. R. N. 3, 474.

1389.

Nam faciunt homines plerumque cupidine caeci
Et tribuunt ea, quae non sunt his commoda vere. Lucret. R. N. 4, 1153.

1390.

Nam gaudere novis rebus debere videtur,
Cui veteres obsunt: sed cui nil accidit aegri
Tempore in ante acto, cum pulchre degeret aevum,
Quid potuit novitatis amorem accendere tali? Lucret. R. N. 5, 170.

1391.

Nam genus et proavos et quae nos fecimus ipsi
Vix ea nostra voco. — Ov. Met. 13, 140.

1392.

Nam improbus est homo, qui beneficium scit sumere et reddere nescit. Plaut. Pers. 5, 1, 10.

1393.

Nam jam saepe homines patriam carosque parentes
Prodiderunt vitare Acherusia templa petentes.
Nam veluti pueri trepidant atque omnia caecis
In tenebris metuunt, sic nos in luce timemus
Interdum, nilo quae sunt metuenda magis quam
Quae pueri in tenebris pavitant finguntque futura. Lucret. R. N. 3, 85.

1394.

Nam id arbitror
Apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis. Ter. Andr. 60.

1395.

Nam illa [i. e. paupertas] artes omnes perdocet, ubi quem attigit. Plaut. Stich. 1, 3, 24.

1396.

Nam in hominum aetate multa eveniunt hujus modi:
Capiunt voluptates, capiunt rursum miserias;
Irae interveniunt, redeunt rursum in gratiam.
Verum irae si quae forte eveniunt hujus modi
Inter eos: rursum si reventum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se quam prius. Plaut. Amph. 3, 2, 57.

1397.

Nam inimici famam non ita, ut nata est, ferunt. Plaut. Pers. 3, 1, 23.

1398.

Nam injusta ab justis impetrare non decet,
Justa autem ab injustis petere insipientia est. Plaut. Amph. Prol. 35.

1399.

Nam melius duo defendunt retinacula navem. Prop. Eleg. 2, 18, 41.

1400.

Nam modo bella geris, numeris modo verba coërces,
Quodque aliis opus est, hoc tibi ludus erit. Ov. Pont. 4, 8, 73.

1401.

Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas
Et validas segetes, quod fuit herba, facit. Ov. Rem. 83.

1402.

Nam multa praeter spem scio multis bòna evenisse. Plaut. Rud. 2, 3, 69.

1403.

Nam neque decipitur ratio nec decipit unquam. Manil. Astron. 2, 131.

1404.

Nam neque divitibus contingunt gaudia solis,
Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.
Si prodesse tuis pauloque benignius ipsum
Te tractare voles: accedes siccus ad unctum. Hor. Ep. 1, 17, 9.

1405.

Nam neque Pyramidum sumtus ad sidera ducti
Nec Jovis Elaei coelum imitata domus
Nec Mausolei dives fortuna sepulcri
Mortis ab extrema conditione vacant.
Aut illis flamma aut imber subducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
At non ingenio quaesitum nomen ab aevo
Excidet: ingenio stat sine morte decus. Prop. Eleg. 3, 1, 57.

1406.

Nam non conveniens omnibus omnis erit. Ov. A. A. 3, 188.

1407.

Nam nos omnes, quibus est alicunde aliquis objectus labor,
Omne, quod est interea, tempus, priusquam id rescitum est,
lucro est. Ter. Hec. 286.

1408.

Nam petere imperium, quod inane est nec datur unquam,
Atque in eo semper durum sufferre laborem,
Hoc est adverso nixantem trudere monte
Saxum, quod tamen e summo jam vertice rursum
Volvitur et plani raptim petit aequora campi. Lucret. R. N.
3, 998.

1409.

Nam quae indotata est, ea in potestate est viri:
Dotatae mactant et malo et damno viros. Plaut. Aul. 3, 5, 60.

1410.

Nam quamquam sapor est allata dulcis in unda,
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae. Ov. Pont. 3, 5, 17.

1411.

Namque hoc tempore
Obsequium amicos, veritas odium parit. Ter. Andr. 67.

1412.

Namque is certissimus auctor. Virg. Georg. 1, 432.

1413.

Namque homini misero, si ad malum accedit malum,
Major libido est fugere et facere nequiter. Plaut. Men. 1, 1, 6.

1414.

Nam qui amat, cui odio ipsus est, bis facere stulte duco:
Laborem inanem ipsus capit et illi molestiam affert. Ter. Hec. 343.

1415.

Nam qui cupiet, metuet quoque; porro
Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam.
Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat et obruitur re. Hor. Ep. 1, 16, 65.

1416.

Nam qui in amorem praecipitavit, periit, quasi saxo saliat. Plaut.
Trin. 2, 1, 30.

1417.

Nam quoniam variant animi, variamus et artes. Ov. Rem. 525.

1418.

Nam rara fides, ubi jam melior
Fortuna ruit. — Sen. Herc. Oet. 602.

1419.

Nam res mortifera est inimicus pumice levis. Juv. Sat. 9, 95.

1420.

Nam risu inepto res ineptior nulla est. Catull. Carm. 39, 16.

1421.

Nam saepe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,
Cum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus. Ter. Hec. 308.

1422.

Nam sapiens quidem . . . . ipsus fingit fortunam sibi. Plaut. Trin. 2, 2, 84.

1423.

Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,
Facti crimen habet. Cedo, si conata peregit?
Perpetua anxietas nec mensae tempore cessat,
Faucibus ut morbo siccis interque molares
Difficili crescente cibo. — Juv. Sat. 13, 209.

1424.

Nam semper occant prius quam sariunt rustici. Plaut. Capt. 3, 5, 5.

1425.

Nam si ad paupertatem admigrant infamiae,
Gravior paupertas fit, fides sublestior. Plaut. Pers. 3, 1, 19.

1426.

Nam solet adjecto crescere flamma rogo. Corn. Gall. (?) Eleg. 3, 32.

1427.

Nam timor unus erat, facies non una timoris. Ov. A. A. 1, 121.

1428.

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet,
Et neglecta solent incendia sumere vires. Hor. Ep. 1, 18, 84.

1429.

Nam tu [Musa] solatia praebes,
Tu curae requies, tu medicina venis. Ov. Trist. 4, 10, 117.

1430.

Nam vetus verbum hoc quidem est
Communia esse amicorum inter se omnia. Ter. Ad. 803.

1431.

Nam vigilasse leve est, pervigilare grave est. Mart. Epigr. 9, 68, 10.

1432.

Nam vitiis nemo sine nascitur; optimus ille est,
Qui minimis urgetur. — Hor. Sat. 1, 3, 68.

1433.

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet. Manil. Astron. 4, 16.

1434.

Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,
Quaque venit, multas accipit amnis aquas. Ov. A. A. 2, 343.

1435.

Naturae sequitur semina quisque suae. Prop. Eleg. 3, 7, 20.

1436.

Naturam abscondit improbus, cum recte facit. P. Syr.

1437.

Naturam expellas furca, tamen usque recurret. Hor. Ep. 1, 10, 24.

1438.

Naturam mutare pecunia nescit. Hor. Ep. 1, 12, 10.

1439.

Navita de ventis, de tauris narrat arator;
Enumerat miles vulnera, pastor oves. Prop. Eleg. 2, 1, 43.

1440.

Nec census nec clarum nomen avorum,
Sed probitas magnos ingeniumque facit. Ov. Pont. 1, 9, 39.

1441.

Nec coelum spectare licet, sed prona senectus
Terram, a qua genita est et reditura, videt.
Fitque tripes, prorsus quadrupes, ut parvulus infans,
Et per sordentem — flebile — serpit humum.

Ortus cuucta suos repetuut matremque requirunt,
Et redit ad nihilum, quod fuit aute uihil. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 217.

1442.

Nec enim fortuna querenda
Sola tua est. Similes aliorum respice casus:
Mitius ista feres. — Ov. Met. 15, 493.

1443.

Nec euim lex aequior ulla,
Quam uecis artifices arte perire sua. Ov. A. A. 1, 655.

1444.

Nec enim loricam poscit Achillis
Thersites, iu qua se trausducebat Ulysses. Juv. Sat. 11, 30.

1445.

Nec euim omuia, quaedam
Pro vita facieuda puto. — Juv. Sat. 15, 107.

1446.

Necesse est maximorum miuima esse vitia. P. Syr.

1447.

Necesse est multos timeat, quem multi timeut. P. Syr.

1448.

Necessitas dat legem, nou ipsa accipit. P. Syr.

1449.

Necessitas plus posse quam pletas solet. Seu. Troad. 582.

1450.

Necessitatem ferre, uon flere addecet. P. Syr.

1451.

Necessitati sapieus nil uuquam negat. P. Syr.

1452.

Nec facile iuvenias multis e milibus uuum,
Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse decor, recte facti si praemia desiut,
Nou movet, et gratis poenitet esse probum.
Nil uisi quod prodest, carum est. I, detrahe menti
Spem fructus avidae, nemo peteudus erit.
At reditus jam quisque suos amat et sibi quid sit
Utile, sollicitis supputat articulis. Ov. Pont. 2, 3, 11.

1453.

Nec facta impia fallacum hominum coelicolis placent. Catull. Carm. 30, 4.

1454.

Nec fingunt omnia Cretes. Ov. Am. 3, 10, 19.

1455.

Nec finis satiasve novi. — Sil. Ital. Pun. 4, 110.

1456.

Nec forma aeterna aut cuiquam est fortuna perennis:
Longius aut propius mors sua quemque manet. Prop. Eleg. 2, 21, 57.

1457.

Nec juga taurus amat: quae tamen odit, habet. Ov. Am. 3, 11, 36.

1458.

Nec mihi mors gravis est posituro morte dolores. Ov. Met. 3, 471.

1459.

Nec minimum refert, intacta rosaria primus,
An sera carpas paene relicta manu. Ov. Pont. 3, 4, 61.

1460.

Nec minor est virtus quam quaerere parta tueri:
Casus inest illic, hic erit artis opus. Ov. A. A. 2, 13.

1461.

Nec mors humano subjacet arbitrio.
Dulce mori miseris, sed mors optata recedit:
At cum tristis erit, praecipitata venit. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 114.

1462.

Nec nox ulla diem neque noctem aurora seçuta est,
Quae non audierit mixtos vagitibus aegris
Ploratus, mortis comites et funeris atri. Lucret. R. N. 2, 578.

1463.

Nec placidam membris dat cura quietem. Virg. Aen. 4, 5.

1464.

Nec procul a metis, quas paene tenere videbar,
Curriculo gravis est facta ruina meo. Ov. Trist. 4, 8, 35.

1465.

Nec, quae de parva pauper dis libat acerra,
Thura minus grandi quam data lance valent. Ov. Pont. 4, 8, 39.

1466.

Nec quae praeteriit iterum revocabitur unda,
Nec quae praeteriit hora redire potest. Ov. A. A. 3, 63.

1467.

Nec quidquam, quod lege veter committere, feci. Ov. Pont. 2, 9, 71.

1468.

Nec quidquam tibi prodest
Aërias tentasse domos animoque rotundum
Percurrisse polum morituro. Hor. Od. 1, 28, 4.

1469.

Nec retinent patulae commissa fideliter aures,
Et semel emissum volat irrevocabile verbum. Hor. Ep. 1, 18, 70.

1470.

Nec scelus admittes, si consoleris amicum,
Mollibus et verbis aspera fata leves. Ov. Pont. 3, 6, 13.

1471.

Nec spes opis ulla dabatur. Virg. Aen. 2, 803.

1472.

Nec tamen officio vatum per carmina facto
Principibus res est gratior ulla viris. Ov. Pont. 4, 8, 43.

1473.

Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est
Omnia. — Lucret. R. N. 2, 700.

1474.

Nec tantum ingenio, quantum servire dolori
Cogor et aetatis tempora dura queri. Prop. Eleg. 1, 7, 7.

1475.

Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Convenit, haec oleis, hac bene farra virent. Ov. A. A. 1, 757.

1476.

Nec te poeniteat duros subiisse labores
Aut operi insuetas atteruisse manus. Tib. Eleg. 1, 4, 47.

1477.

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit
Occurrat mentemque domet respectus honesti. Claud. IV Cons. Hon. 266.

1478.

Nectis catenas. — Hor. Od. 1., 29, 5.

1479.

Nec tuum quidem est amicis per jocum injuste loqui. Plaut. Poen. 3, 1, 70.

1480.

Nec venit tardo curva senecta pede. Tib. Eleg. 3, 5, 16.

1481.

Nec vera virtus, cum semel excidit,
Curat reponi deterioribus. — Hor. Od. 3, 5, 29.

1482.

Nec veterum memini laetorve malorum. Virg. Aen. 11, 280.

1483.

Nec vincere possis
Flumina, si contra, quam rapit unda, nates. Ov. A. A. 2, 181.

1484.

Nec volo nec possum. — Juv. Sat. 3, 44.

1485.

Nec voto vivitur uno. Pers. Sat. 5, 53.

1486.

Ne fallare tamen: restant tibi frigora, restant. Ov. Fast. 2, 151.

1487.

Nefas nocere vel malo fratri puta. Sen. Thyest. 219.

1488.

Neglectis urenda filix innascitur agris. Hor. Sat. 1, 3, 37.

1489.

Ne male loquere absenti amico. — Plaut. Trin. 4, 2, 81.

1490.

Nemini credo, qui large blandus est dives pauperi. Plaut. Aul. 2, 2, 19.

1491.

Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modo culturae patientem commodet aurem. Hor. Ep. 1, 1, 39.

1492.

Nemo ad id sero venit, unde nunquam,
Cum semel venit, potuit reverti. Sen. Herc. Fur. 865.

1493.

Nemo est in amore fidelis. Prop. Eleg. 2, 25, 3.

1494.

Nemo libenter recolit, qui laesit, locum. Phaedr. Fab. 1, 18, 1.

1495.

Nemo malus felix. — Juv. Sat. 4, 8.

1496.

Nemo nocens sibi ipse poenas irrogat. Sen. Herc. Oet. 899.

1497.

Nemo potentes aggredi tutus potest. Sen. Med. 430.

1498.

Nemo repente fuit turpissimus. — Juv. Sat. 2, 83.

1499.

Nemo sine crimine vivit. Cat. Dist. 1, 5.

1500.

Nempe dat id, cuicunque libet, fortuna rapitque:
Irus et est subito, qui modo Croesus erat. Ov. Trist. 3, 7, 41.

1501.

Nequam illud verbum est „bene vult", nisi qui bene facit. Plaut. Trin. 2, 4, 38.

1502.

Neque semper arcum
Tendit Apollo. — Hor. Od. 2, 10, 19.

1503.

Neque ulla est
Aut magno aut parvo leti fuga: quo, bone, circa,
Dum licet, in rebus jucundis vive beatus,
Vive memor, quam sis aevi brevis. — Hor. Sat. 2, 6, 94.

1504.

Nequeunt ex omnibus omnia gigni,
Quod certis in rebus inest secreta facultas. Lucret. R. N. 1, 172.

1505.

Ne quid exspectes amicos, quod tute agere possies. Enn. Sat. apud Gell. N. A. 2, 29.

1506.

Nescia mens hominum fati sortisque futurae
Et servare modum rebus sublata secundis. Virg. Aen. 10, 501.

1507.

Nescia virtus
Stare loco. — Lucan. Phars. 1, 144.

1508.

Nescimus credere coelo. Manil. Astron. 1, 905.

1509.

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit et immemores non sinit esse sui. Ov. Pont. I, 3, 35.

1510.

Nescit amor priscis cedere imaginibus. Prop. Eleg. 1, 5, 24.

1511.

Nescit vox missa reverti. Hor. A. P. 390.

1512.

Neu desis operae neve immoderatus abundes. Hor. Sat. 2, 5, 89.

1513.

Nigrum in candida vertunt. Juv. Sat. 3, 30.

1514.

Nihil agit, qui diffidentem verbis solatur suis. Plaut. Epid. 1, 2, 9.

1515.

Nihil amas, cum ingratum amas. Plaut. Pers. 2, 2, 46.

1516.

Nihil est ab omni
Parte beatum. Hor. Od. 2, 16, 27.

1517.

Nihil est miserius quam animus hominis conscius. Plaut. Most. 3, 1, 13.

1518.

Nihil est, quod credere de se
Non possit, cum laudatur dis aequa potestas. Juv. Sat. 4, 70.

1519.

Nihil est toto, quod perstet, in orbe:
Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago.
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen. Neque enim consistere flumen

Nec levis hora potest, sed ut unda impellitur unda
Urgeturque prior veniente urgetque priorem:
Tempora sic fugiunt pariter pariterque sequuntur,
Et nova sunt semper. — Ov. Met. 15, 180.

1520.

Nihil ex semet natura creavit
Pectore amicitiae majus nec rarius nuquam. Manil. Astron. 2, 581.

1521.

Nihili est autem, suum qui officium facere est immemor, nisi est admonitus. Plaut. Pseud. 4, 7, 2.

1522.

Nihil ille deos, nil carmina curat. Virg. Buc. 8, 103.

1523.

Nihil nisi triste videbis. Ov. Trist. 3, 1, 9.

1524.

Nihil supra
Deos lacesso. — Hor. Od. 2, 18, 11.

1525.

Nil adeo fortuna gravis miserabile fecit,
Ut minuant nulla gaudia parte malum. Ov. Pont. 3, 9, 15.

1526.

Nil adeo magnum neque tam miserabile quidquam,
Quod non paulatim mittant mirarier omnes. Lucret. R. N. 2, 1028.

1527.

Nil admirari prope res est una, Numici,
Solaque, quae possit facere et servare beatum. Hor. Ep 1, 6, 1.

1528.

Nil animis in corpora juris
Natura indulget. — Juv. Sat. 2, 139.

1529.

Nil dictu foedum visuque haec limina tangat,
Intra quae puer est. — Juv. Sat. 14, 44.

1530.

Nil ego contulerim jucundo sanus amico. Hor. Sat. 1, 5, 44.

1531.

Nil eripit fortuna, nisi quod et dedit. P. Syr.

1532.

Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat
Posteritas: eadem cupient facientque minores.
Omne in praecipiti vitium stetit. — Juv. Sat. 1, 147.

1533.

Nil est, Antipho,
Quin male narrando possit depravarier. Ter. Phorm. 696.

1534.

Nil est miserius, quam ubi pudet, quod feceris. P. Syr.

1535.

Nil feret ad manes divitis umbra suos. Ov. Trist. 5, 14, 12.

1536.

Nil . . . . fieri de nilo posse fatendum est. Lucret. R. N. 1, 205.

1537.

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit. — Juv. Sat 3, 152.

1538.

Nil homine terra pejus ingrato creat. Auson. Epigr. 140, 1.

1539.

Nil homini certum est. — Ov. Trist. 5, 5, 27.

1540.

Nil intentatum nostri liquere poetae. Hor. A. P. 285.

1541.

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Hor. Ep. 2, 1, 31.

1542.

Nil ita sublime est supraque pericula tendit,
Non sit ut inferius suppositumque deo. Ov. Trist. 4, 8, 47.

1543.

Nil magis amat cupiditas, quam quod non licet. P. Syr.

1544.

Nil majus generatur ipso
Nec viget quidquam simile aut secundum. Hor. Od. 1, 12, 17.

1545.

Nil metuam cupiamque nihil, satis hoc rear esse,
Quod satis est. — Auson. Ephem. 59.

1546.

Nil mortalibus ardui est:
Coelum ipsum petimus stultitia. Hor. Od. 1, 3, 37.

1547.

Nil nocet admisso subdere calcar equo. Ov. Pont. 2, 6, 38.

1548.

Nil nostro in corpore gazae
Perficiunt neque nobilitas nec gloria regni. Lucret. R. N. 2, 37.

1549.

Nil opus est bello. — Ov. Am. 1, 2, 21.

1550.

Nil opus est leto pro me, sed amore fideque. Ov. Trist. 5, 15, 41.

1551.

Nil opus invidia est, procul absit gloria vulgi:
Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. Tib. Eleg. 4, 13, 7.

1552.

Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit. — Hor. Od. 1, 14, 14.

1553.

Nil prodest, quod non laedere possit idem. Ov. Trist. 2, 266.

1554.

Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus. — Hor. Sat. 1, 9, 59.

1555.

Nil spernat auris nec tamen credat statim.
Quandoquidem et illi peccant, quos minime putes,
Et qui non peccant, impugnantur fraudibus. Phaedr. Fab. 3, 10, 51.

1556.

Nil tam difficile est, quin quaerendo investigari possiet. Ter. Heaut. 675.

1557.

Nimia concedendo interdum fit stultitia. P. Syr.

1558.

Nimia est miseria nimis pulchrum esse hominem. Plaut. Mil. 1, 1, 68.

1559.

Nimioque hic pluris pauciorum gratiam
Faciunt pars hominum quam id, quo prosint pluribus. Plaut. Trin. 1, 1, 12.

1560.

Nimirum idem omnes fallimur, neque est qnisqnam,
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Possis. Suus cuique attribntus est error:
Sed non videmns, manticae quod in tergo est. Catull. Carm. 22, 18.

1561.

Nimirum sapere est abjectis utile nugis
Et tempestivum pueris concedere ludum
Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis,
Sed verae numerosque modosque ediscere vitae. Hor. Ep. 2, 2, 141.

1562.

Nimis homo nibili est, qui piger est, nimisque id genus odi ego male hominum.
Vigilare addecet, qni sua vult tempore conficere officia. Plaut. Rud. 4, 2, 14.

1563.

Niminm altercando veritas amittitnr. P. Syr.

1564.

Nimium difficile est reperiri amicum ita, nt nomen cluet,
Cui tnam cum rem credideris, sine omni cura dormias. Plaut. Trin. 3, 1, 19.

1565.

Nimium ne crede colori! Virg. Bnc. 2, 17.

1566.

Nisi per te sapias, frnstra sapientem audias. P. Syr.

1567.

Nisi ntile est, quod facimns, stulta est gloria. Phaedr. Fab. 3, 17, 12.

1568.

Nitimur in vetitum semper cupimusque negata. Ov. Am. 3, 4, 17.

1569.

Nobilitas sola est atqne unica virtns. Jnv. Sat. 8, 20.

1570.

Nobilitas sub amore jacet. — Ov. Her. 4, 161.

1571.

Nocentem qui defendit, crimen sibi parit. P. Syr.

1572.

Nocent et frugibus umbrae. Virg. Buc. 10, 76.

1573.

Nocere posse et nolle laus amplissima est. P. Syr.

1574.

Nocet emta dolore voluptas. Hor. Ep. 1, 2, 55.

1575.

Nocte latent mendae vitioque ignoscitur omni. Ov. A. A. 1, 249.

1576.

Noctes atque dies patet atri janua Ditis. Virg. Aen. 6, 127.

1577.

Noli committere famae:
Et terram rumor transilit et maria. Prop. Eleg. 2, 14, 37.

1578.

Noli homines blando nimium sermone probare:
Fistula dulce canit, volucrem dum decipit anceps. Cat. Dist. 1, 27.

1579.

Nolo virum, facili redimit qui sanguine famam:
Hunc volo, laudari qui sine morte potest. Mart. Epigr. 1, 8, 5.

1580.

Nolumus assiduis animum tabescere curis:
Quae tamen irrumpunt quoque vetantur eunt. Ov. Trist. 5, 1, 77.

1581.

Nomina sunt ipso paene timenda sono. Ov. Her. 13, 54.

1582.

Non aetate, verum ingenio apiscitur sapientia. Plaut. Trin. 2, 2, 88.

1583.

Non alia magis est libera et vitio carens
Ritusque melius vita quae priscos colat,
Quam quae relictis moenibus silvas amat. Sen. Hipp. 483.

1584.

Non annis anni nec menses mensibus usque
Conveniunt, seque ipse dies aliumque requiret,
Horaque non ulli similis producitur horae. Manil. Astron. 3, 530.

1585.

Non bene coelestes impia dextra colit. Ov. Her. 7, 130.

1586.

Non bene conveniunt nec in una sede morantur
Majestas et amor. — Ov. Met. 2, 846.

1587.

Non bene, crede mihi, servo servitur amico. Mart. Epigr. 2, 32, 7.

1588.

Non bene cum sociis regna Venusque manent. Ov. A A. 3, 564.

1589.

Non bene olet, qui bene semper olet. Mart. Epigr. 2, 12, 4.

1590.

Non bene ripae
Creditur. — Virg. Buc. 3, 94.

1591.

Non bene, si tollas proelia, durat amor. Ov. Am. 1, 8, 96.

1592.

Non bene virgo docet. Mart. Epigr. 11, 78, 12.

1593.

Non capit regnum duos. Sen. Thyest. 444.

1594.

Non cor sollicitant facta nefanda meum. Tib. Eleg. 3, 5, 12.

1595.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum. Hor. Ep. 1, 17, 36.

1596.

Non datur ad Musas currere lata via. Prop. Eleg. 3, 1, 14.

1597.

Non domus et fundus, non aeris acervus et auri
Aegroto domino deduxit corpore febres,
Non animo curas: valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti. Hor. Ep. 1, 2, 47.

1598.

Non eadem est aetas, non mens. — Hor. Ep. 1, 1, 4.

1599.

Non eadem miramur. — Hor. Ep. 1, 14, 18.

1600.

Non eadem ratio est sentire et demere morbos:
Sensns inest eunctis, tollitnr arte malum. Ov. Pont. 3, 9, 15.

1601.

Non ego divitias patrum fructusqne reqniro,
Qnos tnlit antiquo condita messis avo.
Parva seges satis est, satis est reqniescere lecto
Scilicet et solito membra levare toro. Tib. Eleg. 1, 1, 41.

1602.

Non ego laudari curo. — Tib. Eleg. 1, 1, 57.

1603.

Non ego omnino lnerum omne esse ntile homini existimo.
Scio ego, multos jam lucrum homines luculentos reddidit:
Est etiam, ubi profecto damnum praestat facere quam lucrum.
Odi ego aurum: multa multis saepe suasit perperam. Plaut. Capt. 2, 2, 75.

1604.

Non ego snm satis ad tantae praeconia laudis. Tib. Eleg. 4, 1, 177.

1605.

Non enim gazae neqne consnlaris
Summovet lictor miseros tumultus
Mentis et curas laqueata circum
Tecta volantes. Hor. Od. 2, 16, 9.

1606.

Non enim potest qnaestus consistere, si eum sumtus superat.—
Plaut. Poen. 1, 2, 74.

1607.

Non est ad astra mollis e terris via. Sen. Herc. Fur. 437.

1608.

Non est, crede mihi, sapientis dicere: „vivam":
Sera nimis vita est crastina: vive hodie. Mart. Epigr. 1, 15, 11.

1609.

Non est dives opum dives nec pauper inopsqne
Infelix, alio nec magis alter eget.
Dives eget gemmis, cereali munere pauper:
Sed cum egeant ambo, pauper egens minns est. Auson. Epigr. 134, 1.

1610.

Non est in medico semper, relevetur ut aeger:
Interdum docta plus valet arte malum. Ov. Pont. 1, 3, 17.

1611.

Non est paupertas . . . . habere nihil. Mart. Epigr. 11, 32, 8.

1612.

Non est revocabilis iste,
Quem semel umbrifera navita lintre tulit. Ov. Cons. Liv. Aug. 427.

1613.

Non est tuum, Fortuna quod fecit tuum. Lucil. Anthol. t. 1 pag. 46.

1614.

Non est ultra narrabile quidquam. Ov. Pont. 2, 2, 61.

1615.

Non est unquam penuria parvi. Lucret. R. N. 5, 1119.

1616.

Non est . . . virtus . . . .
Timere vitam, sed malis ingentibus
Obstare nec se vertere ac retro dare. Sen. Phoen. 190.

1617.

Non est vivere, sed valere vita est. Mart. Epigr. 6, 70, 15.

1618.

Non exspectato vulnus ab hoste tuli. Ov. Her. 6, 82.

1619.

Non faciam cuiquam, quae tempore eodem
Nolim facta mihi. — Auson. Ephem. 61.

1620.

Non fit sine periclo facinus magnum nec memorabile. Ter. Heaut. 314.

1621.

Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses. Ov. A. A. 2, 123.

1622.

Non gemmis neque purpura ve-
Nale nec auro. Hor. Od. 2, 16, 7.

1623.

Non habet officii lucifer omnis idem. Ov. Fast. 1, 46.

1624.

Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu. Ov. Trist. 2, 329.

1625.

Non ignara mali miseris succurrere disco. Virg. Aen. 1, 634.

1626.

Non inferiora secutus. Virg. Aen. 6, 170.

1627.

Non intellecti nulla est curatio morbi. Corn. Gall. (?) Eleg. 3, 55.

1628.

Non intrat unquam regium limen fides. Sen. Agam. 285.

1629.

Non ita coelitibus visum est et forsitan aequis! Ov. Pont. 4, 9, 39.

1630.

Non ita dis visum est! — Ov. Met. 7, 699.

1631.

Non juvat ex facili lecta corona jugo. Prop. Eleg. 4, 10, 4.

1632.

Non laudandus est, cui plus credit, qui audit, quam qui videt. Plaut. Truc. 2, 6, 6,

1633.

Non levat miseros dolor. Sen. Hipp. 404.

1634.

Non licet hominem esse saepe ita, ut vult, si res non sinit. Ter. Heaut. 666.

1635.

Non mihi homines placent, qui, quando male fecerunt, purgitant. Plaut. Aul. 4, 10, 23.

1636.

Nonne vides etiam guttas in saxa cadentes
Humores longo in spatio pertundere saxa? Lucret. R. N. 4, 1286.

1637.

Non norunt, quid ferat hora sequens. Tib. Eleg. 3, 4, 46.

1638.

Nou novit virtus calamitati cedere. P. Syr.

1639.

Nou omnes eadem mirautur amautque. Hor. Ep. 2, 2, 58.

1640.

Nou omuia eadem aeque omnibus e re, suavia esse scito. Plaut. Asin. 3, 3, 51.

1641.

Non omnia flecti
Possunt et propria melius sub voce notautur. Mauil. Astron. 3, 41.

1642.

Nou omuia grandior aetas,
Quae fugiamus, habet. Seris veuit usus ab auuis. Ov. Met. 6, 28.

1643.

Nou omuia possumus omnes. Virg. Buc. 8, 63.

1644.

Non omnibus anuis
Omuia conveniunt. — Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 103.

1645.

Nou omnis aetas . . . . . ludo couvenit. Plaut. Bacch. 1, 2, 21.

1646.

Nou opibus meutes homiuum curaeque levantur:
Nam fortuua sua tempora lege regit. Tib. Eleg. 3, 3, 21.

1647.

Non opus est magnis placido lectore poetis:
Quamlibet iuvitum difficilemque tenent. Ov. Pont. 3, 4, 9.

1648.

Nou opus est verbis, credite rebus, ait. Ov. Fast. 2, 734.

1649.

Nou placet, qui amicos intra dentes conclusos habet. Plaut. Triu. 4, 2, 64.

1650.

Nou possideutem multa vocaveris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapieuter uti

Duramqne callet panperiem pati
Pejusque leto flagitium timet,
Non ille pro certis amicis
Aut patria timidus perire. Hor. Od. 4, 9, 45.

1651.

Non quia tn dignns, sed qnia mitis ego. Ov. Her. 6, 148.

1652.

Non, quidqnid tnrbida Roma
Elevet, accedas examenve improbnm in illa
Castiges trutina: nec te qnaesiveris extra. Pers. Sat. 1, 5.

1653.[1]

Non res in vitinm, sed male facta cadunt. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 50.

1654.

Non satis est pnlchra esse poemata: dnlcia sunto
Et, qnocunque volent, animum auditoris agunto. Hor. A. P. 99.

1655.

Non satis est pnris versum perscribere verbis. Hor. Sat. 1, 4, 54.

1656.

Non satis est tnum te officinm fecisse, id si non fama approbat. Ter. Phorm. 724.

1657.

Non scelns invenies: qnid enim scelus error habebat? Ov. Met. 3, 142.

1658.

Non scribit, cnjus carmina nemo legit. Mart. Epigr. 3, 9, 2.

1659.

Non segnis stat remeatqne dies. Tib. Eleg. 1, 4, 28.

1660.

Non semper feriet, qnodcunque minabitnr, arcus. Hor. A. P. 350.

1661.

Non semper idem floribus est honos
Vernis. — Hor. Od. 2, 11, 9.

1662.

Non semper imbres nnbibus hispidos
Manant in agros ant mare Caspinm
Vexant inaeqnales procellae
Usqne. — Hor. Od. 2, 9, 1.

1663.

Non semper praesens dolor est sanabilis: ergo
Cura magis prodest venturis obvia morbis. Seren. Sam. Medic. 7, 103.

1664.

Non, si male nunc, et olim
Sic erit. — Hor. Od. 2, 10, 17.

1665.

Non solet ingeniis summa nocere dies,
Famaque post cineres major venit. — Ov. Pont. 4, 16, 2.

1666.

Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,
Verum etiam instanti laesa repugnat ovis. Prop. Eleg. 2, 4, 19.

1667.

Non sua respiciunt miseri mala maxima saepe. Lucret. R. N. 4, 1159.

1668.

Non sunt immensis opibus venalia fata,
Sed rapit ex tecto funus fortuna superbo
Indicitque rogum summis statuitque sepulcrum. Manil. Astron. 4, 90.

1669.

Non tamen explemur vitai fructibus unquam. Lucret. R. N. 3, 1007.

1670.

Non tamen irritum,
Quodcunque retro est, efficiet neque
Diffinget infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit. Hor. Od. 3, 29, 45.

1671.

Non unquam reputant, quanti sibi gaudia constent. Juv. Sat. 6, 365.

1672.

Non unus mentes agitat furor. — Juv. Sat. 14, 284.

1673.

Nos anxius omnia cogit,
Quae possunt fieri, facta putare timor. Ov. Her. 13, 149.

1674.

Noscenda est mensura sui spectandaque rebus
In summis minimisque. — Juv. Sat. 11, 35.

1675.

Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus. Ov. Trist. 5, 8, 19.

1676.

Nosse velint omnes, mercedem solvere nemo. Juv. Sat. 7, 157.

1677.

Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus et benignos. Ter. Phorm. 766.

1678.

Nostrà quoque ipsorum semper requieque sine ulla
Corpora vertuntur nec quod fuimusve sumusve
Cras erimus. — Ov. Met. 15, 214.

1679.

Nostrum officium aequum est facere nos. — Plaut. Stich. 1, 1, 7.

1680.

Nos vanum spernimus omen. Ov. Met. 2, 599.

1681.

Nota quidem, sed non ambitiosa domus. Ov. Trist. 1, 8, 18.

1682.

Novit paucos
Secura quies, qui veloeis
Memores aevi tempora nunquam
Reditura tenent. Dum fata sinunt,
Vivite laeti. Properat cursu
Vita citato, volucrique die
Rota praecipitis vertitur anni. Sen. Herc. Fur. 174.

1683.

Nox et amor vinumque nihil moderabile suadent. Ov. Am. 1, 6, 59.

1684.

Nube solet pulsa candidus ire dies. Ov. Trist. 2, 142.

1685.

Nulla aconita bibuntur
Fictilibus. — Juv. Sat. 10, 25.

1686.

Nulla certior tamen
Rapacis Orci fine destinata
Aula divitem manet
Herum. Quid ultra tendis? Aequa tellus
Pauperi recluditur
Regumque pueris. — Hor. Od. 2, 18, 29.

1687.

Nulla dies unquam memori vos eximet aevo. Virg. Aen. 9, 47.

1688.

Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet,
Cum invitus facias. — Ter. Heaut. 805.

1689.

Nullae sunt inimicitiae nisi amoris acerbae. Prop. Eleg. 2, 7, 3.

1690.

Nulla fere causa est, in qua non femina litem
Moverit. — Juv. Sat. 6, 242.

1691.

Nulla fides inopi. Auson. Epigr. 92, 4.

1692.

Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur. Lucan. Phars. 10, 407.

1693.

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Impatiens consortis erit. — Lucan. Phars. 1, 92.

1694.

Nulla fides unquam miseros elegit amicos. Lucan. Phars. 8, 535.

1695.

Nullam invenias, quae parcat amanti:
Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis. Juv. Sat. 6, 208.

1696.

Nullane perjuri capitis fraudisque nefandae
Poena erit? — Juv. Sat. 13, 174.

1697.

Nulla nisi ardua virtus. Ov. A. A. 2, 537.

1698.

Nulla placere diu nec vivere carmina possunt,
Quae scribuntur aquae potoribus. — Hor. Ep. 1, 19, 2.

1699.

Nulla potentia longa est. Ov. Met. 2, 416.

1700.

Nulla quies animo, nullus sopor ardua amanti. Valer. Flacc. Argon. 7, 244.

1701.

Nulla reparabilis arte
Laesa pudicitia est, deperit illa semel. Ov. Her. 5, 103.

1702.

Nulla salus bello: Pacem te poscimus omnes. Virg. Aen. 11, 362.

1703.

Nulla sancta societas
Nec fides regni est. — Enn. apud Cic. Off. 1, 8, 26.

1704.

Nulla sors longa est: dolor ac voluptas
Invicem cedunt; brevior voluptas.
Ima permutat brevis hora summis. Sen. Thyest. 596.

1705.

Nulla tam bona est fortuna, de qua nil possis queri. P. Syr.

1706.

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est. Juv. Sat. 6, 221.

1707.

Nulla vis major pietate vera est. Sen. Thyest. 549.

1708.

Nullum est homini perpetuum bonum. Plaut. Curc. 1, 3, 33.

1709.

Nullo in loco male audit misericordia. P. Syr.

1710.

Nullo nos invida tanto
Armavit natura bono, quam janua mortis
Quod patet et vita non aequa exire potestas. Sil. Ital. Pun. 11, 186.

1711.

Nullum ad nocendum tempus angustum est malis. Sen. Med. 292.

1712.

Nullum beneficium esse duco id, cum, cui facias, non placet. Plaut. Trin. 3, 2, 12.

1713.

Nullum est jam dictum, quod non sit dictum prius. Ter. Eun. 41.

1714.

Nullum in terris tam detestabile factum. Juv. Sat. 13, 126.

1715.

Nullum memorabile nomen
Feminea in poena est nec habet victoria laudem. Virg. Aen. 2, 583.

1716.

Nullum numen habes, si sit prudentia: nos te,
Nos facimus, Fortuna, deam coeloque locamus. Juv. Sat. 10, 365.

1717.

Nullum
Saeva caput Proserpina fugit. Hor. Od. 1, 28, 19.

1718.

Nullus ad amissas ibit amicus opes. Ov. Trist. 1, 9, 10.

1719.

Nullus amor vires eripit ipse suas. Prop. Eleg. 2, 22, 28.

1720.

Nullus argento color est avaris
Abdito terris, ...
. . . . nisi temperato
Splendeat usu. Hor. Od. 2, 2, 1.

1721.

Nullus enim magni sceleris labor. — Juv. Sat. 14, 224.

1722.

Nullus est miseris pudor. Sen. Oed. 65.

1723.

Nullus liber erit, si quis amare volet. Prop. Eleg. 2, 18, 80.

1724.

Numero deus impare gaudet. Virg. Buc. 8, 75.

1725.

Nunc adhibe puro
Pectore verba, puer, nunc te melioribus offer. Hor. Ep. 1, 2, 67.

1726.

Nunc aurum et purpura curis
Exercent hominum vitam belloque fatigant. Lucret. R. N. 5, 1424.

1727.

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus. — Hor. Od. 1, 37, 1.

1728.

Nunc et amara dies et noctis amarior umbra est:
Omnia nam tristi tempora felle madent. Tib. Eleg. 2, 4, 11.

1729.

Nunc fortiter ire,
Nunc opus est celeri subdere calcar equo. Ov. Rem. 787.

1730.

Nunc patimur longae pacis mala: saevior armis
Luxuria incubuit. — Juv. Sat. 6, 292.

1731.

Nunquam aeque, inquit, ac modo
Paupertas mihi onus visum est et miserum et grave. Ter. Phorm. 93.

1732.

Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit. Juv. Sat. 14, 321.

1733.

Nunquam erit alienis gravis, qui suis se concinnat levem. Plaut. Trin. 684.

1734.

Nunquam est fidelis cum potente societas. Phaedr. Fab. 1, 5, 1.

1735.

Nunquam est ille miser, cui facile est mori. Sen. Herc. Oet. 111.

1736.

Nunquam periclum sine periclo vincitur. P. Syr.

1737.

Nunquam potest non esse virtuti locus. Sen. Med. 161.

1738.

Nunquam secura est prava conscientia. P. Syr.

1739.

Nunquam Stygias fertur ad umbras
Inclita virtus. Vivite fortes:

Vos Lethaeos saeva per amnes
Nec fata trahent. — Sen. Herc. Oet. 1983.

1740.
Nusquam tuta fides. — Virg. Aen. 4, 373.

1741.
Nutritur vento, vento restinguitur ignis:
Lenis alit flammas, grandior aura necat. Ov. Rem. 807.

1742.
Obrepit non intellecta senectus. Juv. Sat. 9. 129.

1743.
Obruit infelix nulla procella caput? Ov. Trist. 3, 2, 26.

1744.
Obsequio plurima vincit amor. Tib. Eleg. 1, 4, 40.

1745.
Obstupuere animi, gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor. — Virg. Aen. 2, 120.

1746.
Obtritum vulgi perit omne cadaver. Juv. Sat. 3, 260.

1747.
Occasio aegre offertur, facile amittitur. P. Syr.

1748.
Occidere est vetare cupientem mori. Sen. Phoen. 100.

1749.
Occidit exemplum juvenis venerabile morum:
Maximus ille armis, maximus ille toga. Ov. Cons. Liv. Aug. 13.

1750.
O cives, cives, quaerenda pecunia primum est,
Virtus post nummos! — Hor. Ep. 1, 1, 53.

1751.
O curas hominum, o quantum est in rebus inane! Pers. Sat. 1, 1.

1752.
O curvae in terris animae! — Pers. Sat. 2, 61.

1753.
Oderint, dum metuant! — Acc. apud Cic. Off. 1, 28, 97.

1754.

Oderunt hilarem tristes tristemque jocosi,
Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi. Hor. Ep. 1, 18, 89.

1755.

Oderunt peccare boni virtutis amore. Hor. Ep. 1, 16, 52.

1756.

O desint animis ne mea verba tuis! Ov. A. A. 1, 208.

1757.

Odi ego aurum: multa multis saepe suasit perperam. Plaut. Capt. 2, 2, 78.

1758.

Odiosa est oratio, cum rem agas, longiuquum loqui. Plaut. Merc. 3, 4, 23.

1759.

Odi profanum vulgus et arceo. Hor. Od. 3, 1, 1.

1760.

Odit verus amor nec patitur moras. Sen. Herc. Fur. 588.

1761.

Odium qui nimium timet,
Regnare nescit. Regna custodit metus. Sen. Oed. 704.

1762.

O domus antiqua, eheu quam dispari dominare domino! Enn. apud Cic. Off. 1, 39, 139.

1763.

O faciles dare summa deos eademque tueri
Difficiles! — Lucan. Phars. 1, 509.

1764.

Officium alterius multis narrare memento;
Atque, aliis cum tu benefeceris ipse, sileto. Cat. Dist. 1, 15.

1765.

O fortunati, quorum jam moenia surgunt! Virg. Aen. 1, 437.

1766.

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas! — Virg. Georg. 2, 458.

1767.

O Fortuna, viris invida fortibus,
Quam non aequa bonis praemia dividis! Sen. Herc. Fur. 524.

1768.

O funestus multis populi
Dirusque favor! — Sen. (?) Oct. 877.

1769.

O gens
Infelix, cui te exitiô Fortuna reservat! Virg. Aen. 5, 624.

1770.

O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum! Virg. Aen. 2, 281.

1771.

O male concordes nimiaque cupidine caeci,
Quid miscere juvat vires orbemque tenere
In medium? — Lucan. Phars. 1, 87.

1772.

O male vicinis haec moenia condita Gallis! Lucan. Phars. 1, 248.

1773.

O maxima rerum
Et merito pietas homini tutissima virtus! Lucil. Aetn. 629.

1774.

O mihi dilectos inter sors prima sodales,
Unica fortunis ara reperta meis! Ov. Trist. 4, 5, 1.

1775.

O mihi praeteritos referat si Jupiter annos! Virg. Aen. 8, 560.

1776.

O miseras hominum mentes, o pectora caeca!
Qualibus in tenebris vitae quantisque periclis
Degitur hoc aevi quodcunque est! — Lucret. R. N. 2, 14.

1777.

O miseri, quorum gaudia crimen habent! Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 180.

1778.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque
Et genus aequoreum, pecudes pictaeque volucres
In furias ignemque ruunt: amor omnibus idem. Virg. Georg. 3, 242.

1779.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur. Juv. Sat. 8, 140.

1780.

Omne capax movet nrna nomen. Hor. Od. 3, 1, 16.

1781.

Omne dixeris maledictum, cum ingratnm hominem dixeris. P. Syr.

1782.

Omne in amore malnm, si patiare, leve est. Prop. Eleg. 2, 4, 16.

1783.

Omne in praecipiti vitinm stetit. — Jnv. Sat. 1, 149.

1784.

Omnem credo diem tibi dilnxisse snpremum. Hor. Ep. 1, 4, 13.

1785.

Omnes aequo animo parent, ubi digni imperant. P. Syr.

1786.

Omnes bonos bonasque accurare addecet,
Snspicionem et culpam nt ab se segregent. Plant. Trin. 1, 2, 41.

1787.

Omnes, cum secnndae res snnt maxime, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto adversam aerumnam ferant.
Ter. Phorm. 241.

1788.

Omnes eodem cogimnr, omninm
Versatur urna serius ocins
Sors exitura et nos in aeternnm
Exsilinm impositura cymbae. Hor. Od. 2, 3, 25.

1789.

Omnes homines ad suum quaestum callent et fastidiunt. Plaut. Truc. 5, 1, 40.

1790.

Omues humanos sanat medicina dolores:
Solns amor morbi non amat artificem. Prop. Eleg. 2, 1, 59.

1791.

Omne solnm forti patria est, nt piscibus aeqnor,
Ut volneri vacuo quidquid in orbe patet. Ov. Fast. 1, 493.

1792.

Omnes profecto liberi libentius
Sumns qnam servimus. — Plaut. Capt. 1, 2, 10.

1793.

Omnes, quibus res sunt minus secundae, magis sunt nescio quomodo
Suspiciosi; ad contumeliam omnia accipiunt magis:
Propter suam impotentiam se semper credunt ludier. Ter. Ad. 605.

1794.

Omne sub regno graviore regnum est. Sen. Thyest. 612.

1795.

Omnes una manet nox
Et calcanda semel via leti.
Dant alios Furiae torvo spectacula Marti,
Exitio est avidum mare nautis:
Mixta senum ac juvenum densantur funera, nullum
Saeva caput Proserpina fugit. Hor. Od. 1, 28, 15.

1796.

Omne supervacuum pleno de pectore manat. Hor. A. P. 337.

1797.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Hor. A. P. 343.

1798.

Omnia conando docilis solertia vincit. Manil. Astron. 1, 95.

1799.

Omnia deficiunt: animus tamen omnia vincit;
Ille etiam vires corpus habere facit.
Sustineas ut onus, nitendum vertice pleno est:
At flecti nervos si patiare, cadet. Ov. Pont. 2, 7, 75.

1800.

Omnia experiri certum est prius quam pereo. —
Ter. Andr. 311.

1801.

Omnia fert aetas, animum quoque. — Virg. Buc. 9, 51.

1802.

Omnia luctus,
Omnia solliciti plena timoris erant. Ov. Her. 8, 75.

1803.

Omnia migrant,
Omnia commutat natura et vertere cogit. Lucret. R. N. 5, 828.

1804.

Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec se cognoscunt terrae vertentibus annis,
Et mutant variam faciem per saecula gentes. Manil. Astron. 1, 515.

1805.

Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,
Fama nec ex aequo ducitur una jugo. Prop. Eleg. 3, 7, 7.

1806.

Omnia perversas possunt corrumpere mentes. Ov. Trist. 2, 301.

1807.

Omnia post obitum fingit majora vetustas:
Majus ab exsequiis nomen in ora venit. Prop. Eleg. 3, 1, 23.

1808.

Omnia prius experiri quam armis sapientem decet. Ter. Eun. 789.

1809.

Omnia quae sensu volvuntur vota diurno
Pectore sopito reddit amica quies. Claud. Praef. in VI Cons. Hon. 1.

1810.

Omnia Romae
Cum pretio. — Juv. Sat. 3, 183.

1811.

Omnia secum
Tempus praeteriens horaque summa trahit. Corn. Gall. (?) Eleg. 2, 23.

1812.

Omnia sub leges mors vocat atra suas. Ov. Cons. Liv. Aug. 360.

1813.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quae valuere, ruunt. Ov. Pont. 4, 3, 35.

1814.

Omnia tempus alit, tempus rapit: usus in arto est. Nemes. Buc. 4, 32.

1815.

Omnia verti
Cernimus atque alias assumere robora gentes,
Concidere has. — Ov. Met. 15, 420.

1816.

Omnia vertuntur, certe vertuntur amores:
Vinceris aut vincis, haec in amore rota est. Prop. Eleg. 2, 7, 31.

1817.

Omnia vincit amor. — Virg. Buc. 10, 69.

1818.

Omnibus est eadem leti via: non tamen unus
Est vitae cunctis exitiique modus.
Hac pueri atque senes pariter juvenesque ferentur,
Hac par divitibus pauper egenus erit.
Ergo quod adstrictum quodque est vitabile nulli
Festino gressu vincere praestatiter. Corn. Gall. (?) Eleg. 6, 5.

1819.

Omnibus est labor impendendus. — Virg. Georg. 2, 61.

1820.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare rogati,
Injussi nunquam desistant. — Hor. Sat. 1, 3, 1.

1821.

Omnibus idem animus scelerata excedere terra. Virg. Aen. 3, 60.

1822.

Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri vivunt,
Praesertim quibus nec quaestus est nec artem didicere ullam.
Plaut. Rud. 2, 1, 1.

1823.

Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.
Ter. Hec. 380.

1824.

Omnis adest aetas, maerent juvenesque senesque. Ov. Cons. Liv. Aug. 203.

1825.

Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris
Divitiis parent; quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus, sapiens etiam et rex,
Et quidquid volet. — Hor. Sat. 2, 3, 94.

1826.

Omnis in ferro est salus. Sen. Herc. Fur. 342.

1827.

Omnis . . . . in tenebris praesertim vita laborat. Lucret. R. N. 2, 54.

1828.

Omnis . . . . nimium longa properanti mora est. Sen. Agam. 426.

1829.

Omnisque potestas
Impatiens consortis erit. — Lucan. Phars. 1, 92.

1830.

O parvi nostrique lares, quos thure minuto
Aut farre aut tenui soleo exorare corona. Juv. Sat. 9, 137.

1831.

O patria, o divum domus Ilium et inclita bello
Moenia Dardanidum! — Virg. Aen. 2, 241.

1832.

Opes animi irritamen avari. Ov. Met. 13, 434.

1833.

O prodiga rerum
Luxuries, nunquam parvo contenta paratu,
Et quaesitorum pelago terraque ciborum
Ambitiosa fames, et lautae gloria mensae, —
Discite, quam parvo liceat producere vitam
Et quantum natura petat. — Lucan. Phars. 4, 373.

1834.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus:
Quam scit, uterque libens, censebo, exerceat artem. Hor. Ep. 1, 14, 43.

1835.

Optat idem populus. — Ov. Trist. 5, 11, 27.

1836.

Optima mors, parca quae venit apta die. Prop. Eleg. 3, 3, 40.

1837.

Optima prima fere manibus rapiuntur avaris. Ov. Am. 2, 6, 39.

1838.

Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
Prima fugit: subeunt morbi tristisque senectus
Et labor, et durae rapit inclementia mortis. Virg. Georg. 3, 66.

1839.

Optimum est praemium virtus. Plaut. Amph. 2, 2, 17.

1840.

O quam dura premit miseros conditio vitae!
Nec mors humano subjacet arbitrio.
Dulce mori miseris, sed mors optata recedit:
At cum tristis erit, praecipitata venit. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 113.

1841.

O quam miserum est nescire mori! Sen. Agam. 610.

1842.

O quam saepe malis generatur origo bonorum! Rutil. Nam. Itin. 491.

1843.

O quantum bonum est
Obstare nulli! — Sen. Thyest. 449.

1844.

O quantum terrae, quantum cognoscere coeli
Permissum est! — Valer. Flacc. Argon. 1, 168.

1845.

O qui complexus et gaudia quanta fuerunt! Hor. Sat. 1, 5, 43.

1846.

O quid solutis est beatius curis,
Cum mens onus reponit! — Catull. Carm. 31, 7.

1847.

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. Juv. Sat. 10, 356.

1848.

O regnorum magnis fallax
Fortuna bonis, in praecipiti
Dubioque locas nimis excelsos. Sen. Agam. 57.

1849.

Ortus cuncta suos repetunt matremque requirunt,
Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 221.

1850.

O rus, quando ego te adspiciam quandoque licebit
Nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis
Ducere sollicitae jucunda oblivia vitae? Hor. Sat. 2, 6, 60.

1851.

O sacer et magnus vatum labor, omnia fato
Eripis et populis donas mortalibus aevum! Lucan. Phars. 9, 980.

1852.

Os mutum facti caret indice. Grande doloris
Ingenium est, miserisque venit solertia rebus. Ov. Met. 6, 574.

1853.

O spes amantum credula, o fallax amor! Sen. Hipp. 634.

1854.

Ostendent terris hunc tantum fata nec ultra
Esse sinent. — Virg. Aen. 6, 879.

1855.

O ter quaterque beati,
Quis ante ora patrum Trojae sub moenibus altis
Contigit oppetere! — Virg. Aen. 1, 94.

1856.

Otio qui nescit uti, plus negoti habet,
Quam cum est negotium in negotio.
Nam cui, quod agat, institutum est, nullo negotio,
Id agit: studet ibi. Mentem atque animum delectat suum,
Otioso in otio animus nescit, quid velit. Enn. Iphig. apud Gell.
N. A. 19, 10.

1857.

Otium et reges prius et beatas
Perdidit urbes. Catull. Carm. 51, 15.

1858.

O vitae tuta facultas
Pauperis angustique laris, o munera nondum
Intellecta deum! — Lucan. Phars. 5, 527.

1859.

Pacemne huc fertis an arma? Virg. Aen. 8, 114.

1860.

Pacem reduci velle victori expedit,
Victo necesse est. — Sen. Herc. Fur. 368.

1861.

Paene simul visa est dilectaque raptaque Diti. Ov. Met. 5, 395.

1862.

Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas
Regumque turres. — Hor. Od. 1, 4, 13.

1863.

Panditur ad nullas janua nigra preces. Prop. Eleg. 4, 12, 2.

1864.

Par aetas animos conciliare solet. Corn. Gall. (?) Eleg. 2, 54.

1865.

Parce gaudere oportet et sensim queri,
Totam quia vitam miscet dolor et gaudium. Phaedr. Fab. 4, 16, 9.

1866.

Parce laudato: nam quem tu saepe probaris,
Una dies qualis fuerit ostendet amicus. Cat. Dist. 4, 28.

1867.

Parcendum est animo miserabile vulnus habenti. Ov. Pont. 1, 5, 23.

1868.

Parce privatus nimium cavere:
Dona praesentis cape laetus horae et
Linque severa! Hor. Od. 3, 8, 26.

1869.

Parcere subjectis et debellare superbos. Virg. Aen. 6, 854.

1870.

Parcit
Cognatis maculis similis fera. — Juv. Sat. 15, 160.

1871.

Parcite paucorum diffundere crimen in omnes. Ov. A. A. 3, 9.

1872.

Pars .... est meminisse doloris. Ov. Met. 9, 291.

1873.

Pars hominum vitiis gaudet constanter. — Hor. Sat. 2, 7, 6.

1874.

Pars invenit utraque causas. Ov. Met. 3, 255.

1875.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Virg. Aen. 7, 266.

1876.

Pars sanitatis velle sanari fuit. Sen. Hipp. 249.

1877.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Hor. A. P. 139.

1878.

Parva necat morsu spatiosum vipera taurum:
A cane non magno saepe tenetur aper. Ov. Rem. 421.

1879.

Parva quidem periit, sed sine labe domus. Ov. Trist. 2, 110.

1880.

Parva quies miseris, in quorum pectora somno
Dat vires fortuna minor. — Lucan. Phars. 5, 505.

1881.

Parvum parva decent. — Hor. Ep. 1, 7, 44.

1882.

Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat
Et manet in nullo certa tenaxque loco:
Sed modo laeta manet, vultus modo sumit acerbos,
Et tantum constans in levitate sua est. Ov. Trist. 5, 8, 15.

1883.

Patria est, ubi bene vixeris. P. Syr.

1884.

Pauca cupit, qui numerare potest. Mart. Epigr. 6, 34, 8.

1885.

Pauca licet portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus gladium contumque timebis
Et motae ad lunam trepidabis arundinis umbram.
Cantabit vacuus coram latrone viator. Juv. Sat. 10, 19.

1886.

Pauci dignoscere possunt
Vera bona atque illis multum diversa, remota
Erroris nebula. — Juv. Sat. 10, 2.

1887.

Pauci reges, non regna colunt:
Plures fulgor concitat aulae. Sen. Herc. Oet. 616.

1888.

Paucis temeritas est bono, multis malo. Phaedr. Fab. 5, 4, 12.

1889.

Paulum distare videtur
Suspectus vereque reus. — Auson. Ephem. 63.

1890.

Paulum interesse censes, ex animo omnia,
Ut fert natura, an facias de industria? Ter. Andr. 794.

1891.

Paulum sepultae distat inertiae
Celata virtus. — Hor. Od. 4, 9, 29.

1892.

Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.
Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil
Divitiae poterunt regales addere majus. Hor. Ep. 1, 12, 4.

1893.

Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit
Nec, quod habet, numerat, tantum, quod non habet, optat.
Manil. Astron. 4, 6.

1894.

Paupertatemque fatendo
Effecere levem nec iniqua mente ferendam. Ov. Met. 8, 633.

1895.

Pauper ubique jacet. Ov. Fast. 1, 218.

1896.

Pavido fortique cadendum est. Lucan. Phars. 9, 583.

1897.

Pax ades et toto mitis in orbe mane! Ov. Fast. 1, 712.

1898.

Pax optima rerum,
Quas homini novisse datum est. — Sil. Ital. Pun. 11, 592.

1899.

Pax tamen interdum, pacis fiducia nunquam est. Ov. Trist.
5, 2, 71.

1900.

Peccatum extenuat, qui celeriter corrigit. P. Syr.

1901.

Pectora dum gaudent nec sunt adstricta dolore,
Ipsa patent. — Ov. A. A. 1, 361.

1902.

Pectora pauper secura gerit. Sen. Herc. Oet. 652.

1903.

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figurae:
Qui sapit, innumeris moribus aptus erit. Ov. A. A. 1, 759.

1904.

Pecuniam in loco neglegere maximum interdum est lucrum. Ter. Ad. 216.

1905.

Pejora juvenes facile praecepta audiunt. Sen. Thyest. 309.

1906.

Pejor est bello timor ipse belli. Sen. Thyest. 572.

1907.

Pejusque leto flagitium. — Hor. Od. 4, 9, 45.

1908.

Pelle moram: vinces. — Ov. Met. 10, 659.

1909.

Pelle moras: brevis est magni fortuna favoris. Sil. Ital. Pun. 4, 732.

1910.

Percontatorem fugito: nam garrulus idem est,
Nec retinent patulae commissa fideliter aures,
Et semel emissum volat irrevocabile verbum. Hor. Ep. 1, 18, 69.

1911.

Percussu crebro saxa cavantur aquis. Ov. Pont. 2, 7, 40.

1912.

Perdere est patriam grave. — Sen. Troad. 913.

1913.

Perdere verba leve est. Ov. Her. 7, 6.

1914.

Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui.
Semper in augenda festinat et obruitur re. Hor. Ep. 1, 16, 67.

1915.

Perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim.
Saepe tulit lassis succus amarus opem. Ov. Am. 3, 11, 7.

1916.

Perge modo et, qua te ducit via, dirige gressum. Virg. Aen. 1, 401.

1917.

Pericla timidus etiam, quae non sunt, videt. P. Syr.

1918.

Periculosum est credere et non credere. Phaedr. Fab. 3, 10, 1.

1919.

Periere mores, jus, decus, pietas, fides
Et qui redire, cum perit, nescit pudor. Sen. Agam. 112.

1920.

Permittas ipsis expendere numinibus, quid
Conveniat nobis rebusque sit utile nostris.
Nam pro jucundis aptissima quaeque dabunt di:
Carior est illis homo quam sibi. — Juv. Sat. 10, 347.

1921.

Perpetuus nulli datur usus, et heres
Heredem alterius veluti unda supervenit undam. Hor. Ep. 2, 2, 175.

1922.

Perque sinus lacrimae fluminis instar eunt. Ov. Her. 8, 62.

1923.

Perque tot aetates hominum, tot tempora et annos,
Tot bella et varios etiam sub pace labores,
Cum fortuna fidem quaerat, vix invenit usquam.
At quanta est scelerum moles per saecula cuncta
Quamque onus invidiae non excusabile terris! Manil. Astron. 2, 589.

1924.

Per scelera semper sceleribus tutum est iter. Sen. Agam. 115.

1925.

Per se dabat omnia tellus. Ov. Met. 1, 102.

1926.

Perstat enim Fortuna tenax votisque malignum
Opponit nostris insidiosa pedem. Ov. Pont. 4, 6, 7.

1927.

Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
Ostendunt. — Virg. Aen. 1, 204.

1928.

Per varios praeceps casus rota volvitur aevi. Sil. Ital. Pun. 6, 121.

1929.

Per varios usus artem experientia fecit
Exemplo monstrante viam. — Manil. Astron. 1, 61.

1930.

Pete nobiles amicos. Catull. Carm. 28, 13.

1931.

Petite hinc, juvenesque senesque,
Finem animo certum. — Pers. Sat. 5, 64.

1932.

Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas. Hor. A. P. 9.

1933.

Pietas talia velle fugit. Corn. Gall. (?) Eleg. 3, 64.

1934.

Piscatorem piscis amare potest? Mart. Epigr. 6, 63, 6.

1935.

Placato possum non miser esse deo. Ov. Trist. 1, 3, 40.

1936.

Plagae crescunt,
Nisi prospicis. — Ter. Phorm. 781.

1937.

Plerique homines, quos, cum nihil refert, pudet, ubi pudendum est,
Ibi eos deserit pudor, cum usus est, ut pudeat. — Plaut. Epid. 2, 1, 1.

1938.

Plerumque gratae divitibus vicos,
Mundaeque parvo sub lare pauperum
Coenae sine aulaeis et ostro
Sollicitam explicuere frontem. Hor. Od. 3, 29, 13.

1939.

Plerumque stulti, risum dum captant levem,
Gravi destringunt alios contumelia
Et sibi nocivum concitant periculum. Phaedr. Fab. 1, 29, 1.

1940.

Pluraque sunt semper deteriora bonis. Ov. A. A. 3, 256.

1941.

Plurima sunt, quae
Non audent homines pertusa dicere laena. Juv. Sat. 5, 130.

1942.

Plurimum enim intererit, quibus artibus et quibus hunc tu
Moribus instituas. — Juv. Sat. 14, 73.

1943.

Pluris est oculatus testis unus quam auriti decem:
Qui audiunt, audita dicunt; qui vident, plane sciunt. Plaut. Truc. 2, 6, 8.

1944.

Plus est in uno saepe quam in turba boni. Phaedr. Fab. 4, 4, 1.

1945.

Plus habet infesta terrá timoris aqua. Ov. Trist. 1, 11, 26.

1946.

Plus in iratos licet. Sen. Phoen. 658.

1947.

Plus valet humanis viribus ira dei. Ov. Trist. 5, 12, 14.

1948.

Poena autem vehemens ac multo saevior illis,
Quas et Caeditius gravis invenit aut Rhadamantus:
Nocte dieque suum gestare in pectore testem. Juv. Sat. 13, 196.

1949.

Poenam moratur improbus, non praeterit. P. Syr.

1950.

Poenam . . . . pro munere poscis. Ov. Met. 2, 99.

1951.

Poena potest demi: culpa perennis erit. Ov. Pont. 1, 1, 64.

1952.

Pollicitis dives quilibet esse potest. Ov. A. A. 1, 444.

1953.

Poma dat auctumnus, formosa est messibus aestas,
Ver praebet flores, igne levatur hiems. Ov. Rem. 187.

1954.

Pone deos et quae tangendo sacra profanas:
Non bene coelestes impia dextra colit. Ov. Her. 7, 129.

1955.

Pone irae frena modumque,
Pone et avaritiae. — Juv. Sat. 8, 88.

1956.

Ponendaeque domo quaerenda est area primum. Hor. Ep. 1, 10, 13.

1957.

Populatur artius cura. — Sen. Hipp. 377.

1958.

Populus nam stultus honores
Saepe dat indignis et famae servit ineptus,
Qui stupet in titulis et imaginibus. — Hor. Sat. 1, 6, 15.

1959.

Posse pati facile est, tibi ni patientia desit. Ov. Rem. 521.

1960.

Post certas hiemes uret Achaicus
Ignis Iliacas domos. Hor. Od. 1, 15, 35.

1961.

Post equitem sedet atra Cura. — Hor. Od. 3, 1, 40.

1962.

Postmodo de stipula grandis acervus erit. Ov. Am. 1, 8, 90.

1963.

Post mortem in morte nihil est, quod metuam, mali. Plaut. Capt. 3, 5, 83.

1964.

Potens misericors publica est felicitas. P. Syr.

1965.

Potenti irasci sibi periclum est quaerere. P. Syr.

1966.

Potes hoc sub casu ducere somnos? Virg. Aen. 4, 560.

1967.

Praecipites regum casus
Fortuna rotat. — Sen. Agam. 71.

1968.

Praeda tamen multis est operata malis.
Praeda feras acies cinxit discordibus armis;
Hinc cruor, hinc caedes, mors propiorque venit.
Praeda vago jussit geminare pericula ponto,
Bellica cum dubiis rostra dedit ratibus. Tib. Eleg. 2, 3, 36.

1969.

Praeveniens quondam est incommoda virtus. Grat. Fal. Cyneg. 500.

1970.

Pretio parata vincitur pretio fides. Sen. Agam. 287.

1971.

Prima languescit senum
Memoria. — Sen. Oed. 817.

1972.

Principibus placuisse viris non ultima laus est. Hor. Ep. 1, 17, 35.

1973.

Principiis obsta: sero medicina paratur,
Cum mala per longas convaluere moras. Ov. Rem. 91.

1974.

Principis est virtus maxima nosse suos. Mart. Epigr. 3, 15, 8.

1975.

Privatus illis census erat brevis,
Commune magnum. — Hor. Od. 2, 15, 13.

1976.

Proba merx facile emtorem reperit, tametsi in abstruso sita est. Plaut. Poen. 1, 2, 129.

1977.

Probitas laudatur et alget. Juv. Sat. 1, 74.

1978.

Probum patrem esse oportet, qui natum suum
Esse probiorem, quam ipsus fuerit, postulet. Plaut. Pseud. 1, 5, 23.

1979.

Procul omnis esto
Clamor et ira! Hor. Od. 3, 8, 15.

1980.

Procul o, procul este, profani! Virg. Aen. 6, 258.

1981.

Prodiga non sentit pereuntem femina censum. Juv. Sat. 6, 362.

1982.

Prodigns et stultns donat, quae spernit et odit:
Haec seges ingratos tulit et feret omnibus annis.
Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratus,
Nec tamen ignorat, quid distent aora lupinis. Hor. Ep. 1, 7, 20.

1983.

Proditor in medio Tautalns amne sitit. Ov. Am. 3, 12, 30.

1984.

Proelia miscet amor. Tib. Eleg. 1, 3, 64.

1985.

Proh, quanta potentia regni
Est, Venus alma, tui! — Ov. Met. 13, 758.

1986.

Proh superi, quantum mortalia pectora caecae
Noctis habent! — Ov. Met. 6, 472.

1987.

Proinde ut quisque fortuna utitur,
Ita praecellet atque exinde sapere eum omnes dicimus. Plaut. Pseud. 2, 3, 13.

1988.

Prona est timori semper in pejus fides. Sen. Herc. Fur. 316.

1989.

Pronaque cum spectent animalia cetera terram,
Os homini sublime dedit coelumque tueri
Jussit et erectos ad sidera tollere vultus. Ov. Met. 1, 84.

1990.

Prona venit cupidis in sua vota fides. Ov. A. A. 3, 674.

1991.

Pro patria non timidus mori. Hor. Od. 3, 19, 2.

1992.

Properat cursu
Vita citato, volucrique die
Rota praecipitis vertitur anni.
Dura peragunt pensa Sorores
Nec sua retro fila revolvunt.
At gens hominum fertur rapidis
Obvia fatis, incerta sui. Sen. Herc. Fur. 178.

1993.

Properat vivere nemo satis. Mart. Epigr. 2, 90, 4.

1994.

Propius res adspice nostras. Virg. Aen. 1, 530.

1995.

Proprium hoc miseros sequitur vitium
Nunquam rebus credere laetis. Sen. Thyest. 938.

1996.

Propter me mota est, propter me desinat ira,
Simque ego tristitiae causa modusque tuae. Ov. Her. 3, 89.

1997.

Prosperum ac felix scelus
Virtus vocatur. — Sen. Herc. Fur. 251.

1998.

Protinus ad censum: 'de moribus ultima fiet
Quaestio.' — Juv. Sat. 3, 140.

1999.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit deus. Hor. Od. 3, 29, 29.

2000.

Pudore et liberalitate liberos
Retinere satius esse credo quam metu. Ter. Ad. 57.

2001.

Pulchre eminere est inter illustres viros,
Consulere patriae, parcere afflictis, fera
Caede abstinere, tempus atque irae dare,
Orbi quietem, saeculo pacem suo:
Haec summa virtus, petitur hac coelum via. Sen. (?) Oct. 472.

2002.

Pulchrum ornatum turpes mores pejus coeno colliunnt:
Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant. Plaut. Poen. 1, 2, 93.

2003.

Pulvis et umbra sumus. — Hor. Od. 4, 7, 16.

2004.

Puras deus, non plenas adspicit manus. P. Syr.

2005.

Purpura vendit
Causidicum. — Juv. Sat. 7, 135.

2006.

Quadrupedaute putrem sonitu quatit ungula campum. Virg. Aen. 8, 596.

2007.

Quae caret ora cruore nostro? Hor. Od. 2, 1, 36.

2008.

Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse:
Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Cat. Dist. 1, 30.

2009.

Quaecunque Acheronte profundo
Prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis. Lucret. R. N. 3, 978.

2010.

Quaecunque magis cum pondere magno
Asperaque inveniuntur, eo stabilita magis sunt. Lucret. R. N. 3, 200.

2011.

Quae fuit durum pati,
Meminisse dulce est. — Sen. Herc. Fur. 656.

2012.

Quaelibet iratis ipse dat arma dolor. Ov. Her. 6, 140.

2013.

Quae mihi praestiteris, memini semperque tenebo. Mart. Epigr. 5, 52, 1.

2014.

Quae nocitura tenes, quamvis sint cara, relinque:
Utilitas opibus praeponi tempore debet. Cat. Dist. 1, 6.

2015.

Quae nunc animo sententia surgit? Virg. Aen. 1, 582.

2016.

Quae regio in terris nostri non plena laboris? Virg. Aen. 1, 460.

2017.

Quaerit aquas in aquis et poma fugacia captat
Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. Ov. Am. 2, 2, 43.

2018.

Quaerit . . . . rationem animus. — Lucret. R. N. 2, 1044.

2019.

Quae sit rebus fortuna, videtis. Virg. Aen. 2, 350.

2020.

Quae tam festa dies, ut cesset prodere furem,
Perfidiam, fraudes? — Juv. Sat. 13, 23.

2021.

Quae tanta animum dementia cepit? Virg. Aen. 5, 465.

2022.

Quae tibi laeta videntur,
Dum loqueris, fieri tristia posse puta. Ov. Pont. 4, 3, 57.

2023.

Quae venit ex tuto, minus est accepta voluptas. Ov. A. A. 3, 603.

2024.

Quae virtus et quanta, boni, sit vivere parvo,
. . . .
. . . .
Discite non inter lances mensasque nitentes. Hor. Sat. 2, 2, 1.

2025.

Quae vobis, quae digna, viri, pro talibus ausis
Praemia posse rear solvi? Pulcherrima primum
Di moresque dabunt vestri. — Virg. Aen. 9, 252.

2026.

Qualem commendes, etiam atque etiam adspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem. Hor. Ep. 1, 18, 76.

2027.

Quam cito . . . . laxautur corpora rugis
Et perit, in uitido qui fuit ore, color! Ov. A. A. 3, 73.

2028.

Quam cupies votis hunc revocare diem! Tib. Eleg. 1, 8, 78.

2029.

Quam iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices! Ter. Heaut. 213.

2030.

Quam juvat immites ventos audire cubantem! Tib. Eleg. 1, 1, 45.

2031.

Quamlibet infirmas adjuvat ira manus. Ov. Am. 1, 7, 66.

2032.

Quam male inaequales veniunt ad aratra juvenci,
Tam premitur magno conjuge nupta minor. Ov. Her. 9, 29.

2033.

Quam miser est, qui fert asperiora fide! Ov. Pont. 4, 10, 36.

2034.

Quam multa, justa injusta, fiunt moribus! Ter. Heaut. 839.

2035.

Quam potius laudandus hic est, quem prole parata
Occupat in parva pigra senecta casa! Tib. Eleg. 1, 10, 39.

2036.

Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam!
Nam vitiis nemo sine nascitur; optimus ille est,
Qui minimis urgetur. — Hor. Sat. 1, 3, 67.

2037.

Quam veterrimus homini optimus est amicus. Plaut. Truc. 1, 2, 71.

2038.

Quamvis sunt sub aqua, sub aqua maledicere tentant. Ov. Met. 6, 376.

2039.

Quamvis tegatur, proditur vultu furor. Sen. Hipp. 363.

2040.

Quando ego non timui graviora pericula veris?
Res est solliciti plena timoris amor. Ov. Her. 1, 11.

2041.

Quandoque bonus dormitat Homerus. Hor. A. P. 359.

2042.

Quantas ipse deus laetos generavit in usus
Res homini plenaque dedit bona gaudia dextra! Sil. Ital. Pun. 15, 55.

2043.

Quanti casus humana rotant!
Minor in parvis fortuna furit,
Leviusque ferit leviora deus.
Servat placidos obscura quies,
Praebetque senes casa securos. Sen. Hipp. 1123.

2044.

Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget Hor. Sat. 1, 2, 15.

2045.

Quanto quisque sibi plura negaverit,
A dis plura feret. — Hor. Od. 3, 16, 21.

2046.

Quanto serius peccatur, tanto turpius incipitur. P. Syr.

2047.

Quantum animis erroris inest! — Ov. Fast. 2, 789.

2048.

Quantum est adhibere hominem amicum, ubi quid geras! Plaut. Pers. 4, 4, 46.

2049.

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor. Prop. Eleg. 3, 20, 10.

2050.

Quantum quisque sua nummorum servat in arca,
Tantum habet et fidei. — Juv. Sat. 3, 143.

2051.

Qua positus fueris in statione, mane! Ov. Fast. 2, 674.

2052.

Qua pote, quisque in ea conterat arte diem. Prop. Eleg. 2, 1, 46.

2053.

Quaque impetus egit,
Hac sine lege ruunt. — Ov. Met. 2, 203.

2054.

Quaque vocant fluctus, hac tibi remus eat. Ov. Rem. 532.

2055.

Quatiunt altas saepe procellae
Aut evertit Fortuna domos. Sen. (?) Oct. 897.

2056.

Quemcunque fortem videris, miserum neges. Sen. Herc. Fur. 464.

2057.

Quemcunque miserum videris, hominem scias. Sen. Herc. Fur. 463.

2058.

Quemcunque populum tristis eventus premit,
Periclitatur magnitudo principum,
Minuta plebes facili praesidio latet. Phaedr. Fab. 4, 5, 11.

2059.

Quemcunque quaerit calamitas, facile invenit. P. Syr.

2060.

Quem das finem, rex magne, laborum? Virg. Aen. 1, 241.

2061.

Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem.
Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsis.
Miscet haec illis prohibetque Clotho
Stare fortunam: rotat omne fatum.
Nemo tam divos habuit faventes,
Crastinum ut possit sibi polliceri.
Res deus nostras celeri citatas
Turbine versat. — Sen. Thyest. 613.

2062.

Quem fama semel oppressit, vix restituitur. P. Syr.

2063.

Quem metuit, quisque perisse cupit. Ov. Am. 2, 2, 10.

2064.

Quem metuunt, odere: quem quisque odit, periisse expetit. Enn. apud Cic. Off. 2, 7, 23.

2065.

Quem non mille ferae, quem non Stheneleius hostis,
Non potuit Juno vincere: vincit amor. Ov. Her. 9, 25.

2066.

Quem poenitet peccasse, paene est innocens. Sen. Agam. 243.

2067.

Quem referent Musae, vivet, dum robora tellus,
Dum coelum stellas, dum vehet amnis aquas. Tib. Eleg. 1, 4, 65.

2068.

Quem res plus nimio delectavere secundae,
Mutatae quatient. — Hor. Ep. 1, 10, 30.

2069.

Quem saepe transit casus, aliquando invenit. Sen. Herc. Fur. 328.

2070.

Quem superare potes, interdum vince ferendo:
Maxima enim rerum semper patientia virtus. Cat. Dist. 1, 38.

2071.

Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas:
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,
Quaque venit, multas accipit amnis aquas. Ov. A. A. 2, 341.

2072.

Quem te deus esse
Jussit et humana qua parte locatus es in re
Disce. — Juv. Sat. 3, 71.

2073.

Quem vestrum pocula sicca juvant? Tib. Eleg. 3, 6, 18.

2074.

Quem vocet divum populus ruentis
Imperi rebus? — Hor. Od. 1, 2, 25.

2075.

Qui alterum incusat probri, eum ipsum se intueri oportet. Plaut. Truc. 1, 2, 58.

2076.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. Virg. Buc. 8, 108.

2077.

Qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est. Mart. Epigr. 1, 10, 2.

2078.

Quicunque amisit dignitatem pristinam,
Ignavis etiam jocus est in casu gravi. Phaedr. Fab. 1, 21, 1.

2079.

Quicunque turpi fraude semel innotuit,
Etiamsi verum dicit, amittit fidem. Phaedr. Fab. 1, 10, 1.

2080.

Qui cupiet, metuet quoque; porro
Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam.
Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat et obruitur re. Hor. Ep. 1, 16, 65.

2081.

Quid aeternis minorem
Consiliis animum fatigas? Hor. Od. 2, 11, 11.

2082.

Qui dare multa potest, multa et amare potest. Prop. Eleg. 2, 26, 28.

2083.

Quid datur a divis felici optatius hora? Catull. Carm. 62, 30.

2084.

Quid de quoque viro et cui dicas, saepe videto.
Percontatorem fugito: nam garrulus idem est,
Nec retinent patulae commissa fideliter aures,
Et semel emissum volat irrevocabile verbum. Hor. Ep. 1, 18, 68.

2085.

Quid domini faciant, audent cum talia fures? Virg. Buc. 3, 16.

2086.

Quid enim nisi vota supersunt? Ov. Trist. 1, 2, 1.

2087.

Quid enim non carmina possunt? Ov. Met. 7, 167.

2088.

Quid enim puero conferre potest plus
Custode et cura natura potentior omni? Juv. Sat. 10, 302.

2089.

Quid enim ratione timemus
Aut cupimus? Quid tam dextro pede concipis, ut te
Conatus non poeniteat votique peracti? Juv. Sat. 10, 4.

2090.

Quid enim salvis infamia nummis? Juv. Sat. 1, 48.

2091.

Quid enim sperare nocentibus aegris
Concessum? — Juv. Sat. 13, 234.

2092.

Quid enim Venus ebria curat? Juv. Sat. 6, 300.

2093.

Qui deorum consilia culpet, stultus inscitusque sit. Plaut. Mil. 3, 1, 141.

2094.

Quid est suavius quam
Bene rem gerere bono publico? — Plaut. Capt. 3, 2, 1.

2095.

Quid folia arboribus, quid pleno sidera coelo,
In freta collectas alta quid addis aquas? Ov. Am. 1, 10, 13.

2096.

Quid fraudare juvat vitem crescentibus uvis
Et modo nata mala vellere poma manu? Tib. Eleg. 3, 5, 19.

2097.

Quid habet dives, circumspice, mundus. Ov. Met. 2, 95.

2098.

Quid jam misero mihi denique restat? Virg. Aen. 2, 70.

2099.

Qui didicit, patriae quid debeat et quid amicis,
Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes,
Quod sit conscripti, quod judicis officium, quae
Partes in bellum missi ducis: ille profecto
Reddere personae scit convenientia cuique. Hor. A. P. 312.

2100.

Quid intactum nefasti
Liquimus? — Hor. Od. 1, 35, 34.

2101.

Quid Jove majus babetur? Ov. Met. 2, 62.

2102.

Quid juvat boc templis nostros immittere mores
Et boua dis ex bac scelerata ducere pulpa? Pers. Sat. 2, 62.

2103.

Quid juvat immensum te argeuti pondus et auri
Furtim defossa timidum depouere terra?
Quodsi commiuuas, vilem redigatur ad assem.
At ni id fit, quid habet pulchri coustructus acervus? Hor. Sat. 1, 1, 41.

2104.

Quid leges siue moribus
Vanae proficiuut? — Hor. Od. 3, 24, 35.

2105.

Quid magis est durum saxo? quid mollius unda?
Dura tameu molli saxa cavantur aqua. Ov. A. A. 1, 475.

2106.

Quid meritum dicas, cui sua terra parum est? Prop. Eleg. 3, 5, 46.

2107.

Quid mihi divitiae, quarum si demseris usum,
Quamvis largus opum, semper egeuus ero? Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 181.

2108.

Qui metuit calamitatem, raro accipit. P. Syr.

2109.

Qui monet, ut facias, quod jam facis: ille moneudo
Laudat et hortatu comprobat acta suo. Ov. Trist. 5, 14, 45.

2110.

Quid moror in parvis? Auimus majoribus instet.
Magna cauam: toto pectore, vulgus, ades. Ov. A. A. 2, 535.

2111.

Quid nou ebrietas desiguat? Operta recludit,
Spes jubet esse ratas, ad proelia trudit iuertem,
Sollicitis animis ouus eximit, addocet artes.
Fecuudi calices quem uon fecere disertum,
Contracta quem uon in paupertate solutum? Hor. Ep. 1, 5, 16.

2112.

Quid non longa dies, quid non consumitis, anni? Mart. Epigr. 9, 49, 9.

2113.

Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames! — Virg. Aen. 3, 56.

2114.

Quid non sentit amor? — Ov. Met. 4, 68.

2115.

Quid petitur sacris, nisi tantum fama, poetis? Ov. A. A. 3, 403.

2116.

Quid placet aut odio est, quod non mutabile credas? Hor. Ep. 2, 1, 101.

2117.

Quid prodest coelum votis implesse? — Tib. Eleg. 3, 3, 1.

2118.

Quid prohibetis aquas? Usus communis aquarum. Ov. Met. 6, 349.

2119.

Quidque in sua corpora rursum
Dissolvit natura neque ad nilum interimit res. Lucret. R. N. 1, 215.

2120.

Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.
Et quando uberior vitiorum copia? quando
Major avaritiae patuit sinus? — Juv. Sat. 1, 85.

2121.

Quidquid amor jussit, non est contemnere tutum:
Regnat et in dominos jus habet ille deos. Ov. Her. 4, 11.

2122.

Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. Hor. Ep. 1, 2, 14.

2123.

Quidquit futurum est summum, ab imo nascitur. P. Syr.

2124.

Quidquid homo est, aperit pestis. — Lucan. Phars. 9, 779.

2125.

Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes. Virg. Aen. 2, 49.

2126.

Quidqnid in altum
Fortuna tulit, ruitura levat.
Modicis rebus longius aevum est. Sen. Agam. 100.

2127.

Quidquid jurarunt, ventus et nnda rapit. Prop. Eleg. 2, 21, 10.

2128.

Qnidquid praecipies, esto brevis, nt cito dicta
Percipiant animi dociles teneantque fideles:
Omne supervacuum pleno de pectore manat. Hor. A. P. 335.

2129.

Quidquid praeter spem eveniet, omne id deputabo esse in lucro. Ter. Phorm. 251.

2130.

Quidquid servatur, cupimus magis. — Ov. Am. 3, 4, 25.

2131.

Quidquid sub terra est, in apricum proferet actas. Hor. Ep. 1, 6, 24.

2132.

Quiquid superi voluere, peractum est. Ov. Met. 8, 619.

2133.

Quid quisque vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horas. — Hor. Od. 2, 13, 13.

2134.

Quid refert, morbo an furtis pereamne rapinis? Hor. Sat. 2, 3, 157.

2135.

Quid sit futnrum cras, fuge quaerere et
Quem fors dierum cnnque dabit, lucro
Appone. — Hor. Od. 1, 9, 13.

2136.

Quid tantum insano juvat indulgere dolori? Virg. Aen. 2, 776.

2137.

Quid timeam, ignoro: timeo tamen omnia demens. Ov. Her. 1, 71.

2138.

Quid tristes querimoniae,
Si non supplicio culpa reciditur? Hor. Od. 3, 24, 33.

2139.

Qui [i. e. Orestes et Pylades] duo corporibus, mentibus unus erant. Ov. Trist. 4, 4, 72.

2140.

Quid violentius aure tyranni? Juv. Sat. 4, 86.

2141.

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet. Phaedr. Fab. 4, 18, 1.

2142.

Qui fingit sacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille deos: qui rogat, ille facit. Mart. Epigr. 8, 24, 5.

2143.

Qui fit, ... ut nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit seu fors objecerit, illa
Contentus vivat, laudet diversa sequentes? Hor. Sat. 1, 1, 1.

2144.

Qui genus jactat suum,
Aliena laudat. — Sen. Herc. Fur. 340.

2145.

Qui homo mature quaesivit pecuniam,
Nisi eam mature parcit, mature esurit. Plaut. Curc. 3, 10.

2146.

Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit. Enn. Med. apud Cic. Fam. 7, 6.

2147.

Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est nec frugi bonae:
Qui ipsus se contemuit, in eo est indoles industriae. Plaut. Trin. 2, 2, 40.

2148.

Qui legitis flores et humi nascentia fraga,
Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. Virg. Buc. 3, 92.

2149.

Qui morte cunctos luere supplicium jubet,
Nescit tyrannus esse. — Sen. Herc. Fur. 511.

2150.

Quin etiam accendas vitia irritesque vetando,
Temporibus si non aggrediare suis. Ov. Rem. 133.

2151.

Quin etiam multis solis redeuntibus annis
Anulus in digito subter tenuatur habendo,
Stillicidi casus lapidem cavat, uncus aratri
Ferreus occulte decrescit vomer in arvis,
Strataque jam vulgi pedibus detrita viarum
Saxea conspicimus: tum, portas propter, aëna
Signa manus dextras ostendunt attenuari
Saepe salutantum tactu praeterque meantum. Lucret. R. N. 1, 311.

2152.

Quin etiam virtus fulvo pretiosior auro,
Per quam praeclarum plus micat ingenium. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 19.

2153.

Qui nil potest sperare, desperet nihil. Sen. Med. 163.

2154.

Quin ipsae stupuere domus atque intima Leti
Tartara. — Virg. Georg. 4, 481.

2155.

Qui nolet fieri desidiosus, amet. Ov. Am. 1, 9, 46.

2156.

Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Ov. Rem. 94.

2157.

Qui non moderabitur irae,
Infectum velet esse, dolor quod suaserit et mens,
Dum poenas odio per vim festinat inulto. Hor. Ep. 1, 2, 59.

2158.

Qui non vetat peccare, cum possit, jubet. Sen. Troad. 292.

2159.

Qui pavet vanos metus,
Veros meretur. — Sen. Oed. 700.

2160.

Qui per virtutem perit, at non (is) interit. Plaut. Capt. 3, 5, 32.

2161.

Quippe etenim quam mnlta tibi jam fiugere possnnt
Somuia, quae vitae rationes vertere possiut
Fortnnasqne tnas omues turbare timore! Lucret. R. N. 1, 104.

2162.

Quippe ita formido mortales coptiuet omnes,
Quod mnlta in terris fieri coeloqne tuentnr,
Quorum operum causas nulla ratioue videre
Possunt ac fieri diviuo uunliue rentur. Lncret. R. N. 1, 151.

2163.

Quippe minuti
Semper et infirmi est animi exiguiqne volnptas
Ultio. — Jnv. Sat. 13, 189.

2164.

Quippe ubi fas versum atque nefas: tot bella per orbem,
Tam multae scelerum facies; non ullus aratro
Dignus honos; squaleut abductis arva colouis,
Et curvae rigidum falces conflantur iu euscm. Virg. Georg. 1, 505.

2165.

Qui pretinm meriti ab improbis desiderat,
Bis peccat: primnm quouiam indiguos adjuvat;
Impune deinde qnia jam non potest. Phaedr. Fab. 1, 8, 1.

2166.

Qui rapitur fatis, quid praeter fata requirat?
Saepe creat molles aspera spina rosas. Ov. Pont. 2, 2, 33.

2167.

Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. Tib. Eleg. 4, 13, 8.

2168.

Quis coelum possit nisi coeli munera nosse?
Et reperire deum, nisi qui pars ipse deorum est? Manil. Astrou. 2, 115.

2169.

Quis dnbitet nomina tanta sequi? Ov. Trist. 2, 412.

2170.

Qui se committit homini tntandum improbo,
Auxilia dum requirit, exitinm invenit. Phaedr. Fab. 1, 31, 1.

2171.

Qui se laudari gaudent verbis subdolis,
Serae dant poenas turpes poenitentiae. Phaedr. Fab. 1, 13, 1.

2172.

Qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis aera subesse putat. Ov. Pont. 2, 7, 9.

2173.

Quis enim bene celat amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo. Ov. Her. 12, 37.

2174.

Quis enim celaverit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo? Ov. Her. 16, 7.

2175.

Quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere et praeclaro nomine tantum
Insignis? — Juv. Sat. 8, 30.

2176.

Quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Praemia si tollas? — Juv. Sat. 10, 141.

2177.

Quis fallere possit amantem? Virg. Aen. 4, 296.

2178.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
Quam ferus et vere ferreus ille fuit!
Tunc caedes hominum generi, tunc proelia nata:
Tunc brevior dirae mortis aperta via est. Tib. Eleg. 1, 10, 1.

2179.

Quis furor est atram bellis accersere mortem?
Imminet et tacito clam venit illa pede. Tib. Eleg. 1, 10, 33.

2180.

Quis furor est, quae nocte latent, sub luce fateri?
Et quae clam facias, facta referre palam? Ov. Am. 3, 14, 7.

2181.

Quis indomitas tantus dolor excitat iras? Virg. Aen. 2, 594.

2182.

Qui sine virtute, vanas exercet minas. Phaedr. Fab. 3, 6, 11.

2183.

Quis labor est puram non temerasse fidem! Ov. Pont. 4, 10, 36.

2184.

Quis metus aut pudor est unquam properantis avari? Juv. Sat. 14, 178.

2185.

Quis minor est autem quam tacuisse labor? Ov. Am. 2, 2, 28.

2186.

Quis nunc diligitur nisi conscius et cui fervens
Aestuat occultis animus semperque tacendis? Juv. Sat. 3, 49.

2187.

Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat? Hor. Od. 1, 18, 5.

2188.

Quisquam est sponte miser, ne miser esse queat? Rutil. Nam. Itin. 444.

2189.

Quisquam, vivere cum sciat, moratur? Mart. Epigr. 5, 20, 14.

2190.

Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti. Mart. Epigr. 5, 59, 3.

2191.

Quisquis plus justo non sapit, ille sapit. Mart. Epigr. 14, 210, 2.

2192.

Quisquis secundis rebus exsultat nimis
Fluitque luxu, semper insolita appetit. Sen. Hipp. 204.

2193.

Quis scit, an adjiciant hodiernae crastina summae
Tempora di superi? Hor. Od. 4, 7, 17.

2194.

Qui statuit aliquid parte inaudita altera,
Aequum licet statuerit, haud aequus fuit. Sen. Med. 199.

2195.

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit. Hor. A. P. 412.

2196.

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes? Juv. Sat. 2, 24.

2197.

Qui sua metitur pondera, ferre potest. Mart. Epigr. 12, 98, 8.

2198.

Qui ulcisci dubitat, improbos plures facit. P. Syr.

2199.

Qui vult amari, languida regnat manu. Sen. Phoen. 659.

2200.

Quo bellica tela puellae? Ov. Hér. 14, 65.

2201.

Quo copia major
Est data, plura petit turbaque voracior ipsa est. Ov. Met. 8, 838.

2202.

Quocunque adspiceres, luctus gemitusque sonabant. Ov. Trist. 1, 3, 21.

2203.

Quocunque adspicias, nihil est nisi pontus et aër:
Fluctibus hic tumidis, nubibus ille minax. Ov. Trist. 1, 2, 23.

2204.

Quocunque adspicio, nihil est nisi mortis imago. Ov. Trist. 1, 10, 23.

2205.

Quod adest, memento
Componere aequus. — Hor. Od. 3, 29, 32.

2206.

Quod bonis benefit beneficium, gratia ea gravida est bonis. Plaut. Capt. 2, 2, 108.

2207.

Quod caret alterna requie, durabile non est:
Haec reparat vires fessaque membra novat. Ov. Her. 4, 89.

2208.

Quodcunque libuit facere, victori licet. Sen. Troad. 336.

2209.

Quod di dant boni, cave culpa tua amissis. Plaut. Bacch. 5, 2, 70.

2210.

Quod enim scelus error habebat? Ov. Met. 3, 142.

2211.

Quo deus et quo dura vocat fortuna, sequamur. Virg. Aen. 12, 677.

2212.

Quod facere turpe est, dicere ne honestum puta. P. Syr.

2213.

Quod fecit, quisque tuetur opus. Ov. Pont. 4, 1, 28.

2214.

Quod latet, ignotum est: ignoti nulla cupido. Ov. A. A. 3, 397.

2215.

Quod licet, ingratum est: quod non licet, acrius urit. Ov. Am. 2, 19, 3.

2216.

Quod male fers, assuesce: feres bene. Multa vetustas
Lenit. — Ov. A. A. 2, 647.

2217.

Quod medicorum est,
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Hor. Ep. 2, 1, 115.

2218.

Quod metuit, auget, qui scelus scelere obruit. Sen. Agam. 151.

2219.

Quod multorum fugit imprudentiam,
Unius hominis reperit solertia. Phaedr. Fab. 4, 4, 48.

2220.

Quod natura negat, reddere nemo potest. Corn. Gall. (?) Eleg. 5, 54.

2221.

Quod nescias, damnare summa est temeritas. P. Syr.

2222.

Quod nimis miseri volunt,
Hoc facile credunt. — Sen. Herc. Fur. 313.

2223.

Quod nimium est, fugito; parvo gaudere memento:
Tuta mage est puppis, modico quae flumine fertur. Cat. Dist. 2, 6.

2224.

Quod non potest, vult posse, qui nimium potest. Sen. Hipp. 215.

2225.

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor. Sen. Troad. 335.

2226.

Quod quisque amat, laudando commendat sibi. P. Syr.

2227.

Quod ratio non quit, saepe sanavit mora. Sen. Agam. 130.

2228.

Quod satis est, cui contingit, nihil amplius optet. Hor. Ep. 1, 2, 46.

2229.

Quodsi deficiant vires, audacia certe
Laus erit: in magnis et voluisse sat est. Prop. Eleg. 2, 8, 9.

2230.

Quodsi quis vera vitam ratione gubernet,
Divitiae grandes homini sunt vivere parce
Aequo animo: neque enim est unquam penuria parvi. Lucret. R. N. 5, 1117.

2231.

Quod tegitur, magnum creditur esse malum. Mart. Epigr. 3, 42, 4.

2232.

Quo fata trahunt retrahuntque, sequamur:
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. Virg. Aen. 5, 709.

2233.

Quo ferar? unde petam lapsis solatia rebus?
Ancora jam nostram non tenet ulla ratem. Ov. Trist. 5, 2, 41.

2234.

Quo mihi fortunam, si non conceditur uti? Hor. Ep. 1, 5, 12.

2235.

Quo, moriture, ruis majoraque viribus audes? Virg. Aen. 10, 811.

2236.

Quondam etiam victis redit in praecordia virtus. Virg. Aen. 2, 367.

2237.

Quo non ars penetrat? — Ov. A. A. 3, 291.

2238.

Quo plura possis, plura patienter feras. Sen. Troad. 255.

2239.

Quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae. Ov. Fast. 1, 216.

2240.

Quo propior quisque est servitque fidelius aegro,
In partem leti citius venit: atque salutis
Spes abiit, finemque vident in funere morbi. Ov. Met. 7, 563.

2241.

Quoque magis tegitur, tanto magis aestuat ignis. Ov. Met. 4, 64.

2242.

Quo quis enim major, magis est placabilis irae,
Et faciles motus mens generosa capit. Ov. Trist. 3, 5, 31.

2243.

Quo, quo, scelesti, ruitis? — Hor. Epod. 7, 1.

2244.

Quo res cuuque cadent, unum et commune periclum,
Una salus ambobus erit. — Virg. Aen. 2, 709.

2245.

Quos cogit metus
Laudare, eosdem reddit inimicos metus. Sen. Thyest. 207.

2246.

Quo semel est imbuta recens, servabit odorem
Testa diu. — Hor. Ep. 1, 2, 69.

2247.

Quot bona tunc habui, tot modo damna fleo. Corn. Gall. (?) Eleg. 2, 40.

2248.

Quot capitum vivunt, totidem studiorum
Milia. — Hor. Sat. 2, 1, 27.

2249.

Quot homines, tot sententiae: suus cuique mos. Ter. Phorm. 454.

2250.

Quotque aderant vates, rebar adesse deos. Ov. Trist. 4, 10, 42.

2251.

Radice iu Tartara teudit. Virg. Aeu. 4, 446.

2252.

Rapiamus, amici,
Occasiouem de die, dumque vireut genua
Et decet, obducta solvatur froute seuectus. Hor. Epod. 13, 3.

2253.

Rara est adeo concordia formae
Atque pudicitiae! — Juv. Sat. 10, 297.

2254.

Rara iu teuui facundia pannо. Juv. Sat. 7, 145.

2255.

Rara tameu meuda facies caret: occule mendas,
Quamque potes, vitium corporis abde tui! Ov. A. A. 3, 261.

2256.

Rara . . . . virtus, quam nou fortuna gubernet,
Quae maneat stabili, cum fugit illa, pede. Ov. Trist. 5, 14, 29.

2257.

Rari quippe boni: uumerus vix est totidem, quot
Thebarum portae vel divitis ostia Nili. Juv. Sat. 13, 26.

2258.

Raris forma viris (saecula prospice)
Impuuita fuit. — Seu. Hipp. 820.

2259.

Raro autecedentem scelestum
Deseruit pede poena claudo. Hor. Od. 3, 2, 31.

2260.

Ratioui nulla resistuut
Claustra uec immeusae moles, ceduutque recessus:
Omnia succumbunt, ipsum est peuetrabile coelum. Mauil. Astron. 1, 541.

2261.

Rebus angustis auimosus atque
Fortis appare: sapieuter idem
Coutrahes veuto nimium secuudo
Turgida vela. Hor. Od. 2, 10, 21.

2262.

Rebus et in censu si non est, quod fuit ante,
Fac vivas contentus eo, quod tempora praebent. Cat. Dist. 3, 12.

2263.

Rebus in adversis animum submittere noli:
Spem retine, spes una hominem nec morte relinquit. Cat. Dist. 2, 25.

2264.

Rebus in angustis facile est contemnere vitam:
Fortiter ille facit, qui miser esse potest. Mart. Epigr. 11, 56, 15.

2265.

Rebus . . . . parvis alta praestatur quies. Sen. Thyest. 469.

2266.

Recepto
Dulce mihi furere est amico. Hor. Od. 2, 7, 27.

2267.

Recte facit, animo quando obsequitur suo:
Quod omnes homines facere oportet, dummodo id fiat bono. Plaut. Amph. 3, 4, 12.

2268.

Rectius vives, Licini, neque altum
Semper urgendo neque, dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Litus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidenda
Sobrius aula. Hor. Od. 2, 10, 1.

2269.

Rector in incerto est nec quod fugiatve petatve
Invenit: ambiguis ars stupet ipsa malis. Ov. Trist. 1, 2, 31.

2270.

Reddere qui voces jam scit puer et pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere et iram
Colligit ac ponit temere et mutatur in horas. Hor. A. P. 158.

2271.

Regenda magis est fervida adolescentia. Sen. (?) Oct. 446.

2272.

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis. Ov. Pont. 2, 9, 11.

2273.

Regis hoc magni reor
Odia ipsa premere. Multa dominantem vetat
Amor suorum; plus in iratos licet.
Qui vult amari, languida regnat manu. Sen. Phoen. 656.

2274.

Regi tuenda maxime est regum salus. Sen. Oed. 242.

2275.

Regum aequabat opes animis. — Virg. Georg. 4, 132.

2276.

Re ipsa repperi
Facilitate nil esse homini melius neque clementia. Ter. Ad. 860.

2277.

Rem cum videas, censeas. Ter. Heaut. 1023.

2278.

Rem, tibi quam nosces aptam, dimittere noli:
Fronte capillata, post est occasio calva. Cat. Dist. 2, 26.

2279.

Rerum fato prudentia major. Virg. Georg. 1, 416.

2280.

Rerum summa novatur
Semper, et inter se mortalia mutua vivunt.
Augescunt aliae gentes, aliae minuuntur,
Inque brevi spatio mutantur saecla animantum
Et quasi cursores vitai lampada tradunt. Lucret. R. N. 2, 75.

2281.

Res amicos invenit. Plaut. Stich. 4, 1, 17.

2282.

Res animos incognita turbat. Virg. Aen. 1, 515.

2283.

Res est forma fugax: quis sapiens dono
Confidat fragili? Dum licet, utere. Sen. Hipp. 773.

2284.

Res est imperiosa timor. Mart. Epigr. 11, 58, 8.

2285.

Res est solliciti plena timoris amor. Ov. Her. 1, 12.

2286.

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit spargitque manu
Munera caeca, pejora fovens.
Vincit sanctos dira libido;
Fraus sublimi regnat in aula.
Tradere turpi fasces populus
Gaudet; eosdem colit atque odit.
Tristis virtus perversa tulit
Praemia recti. Castos sequitur
Mala paupertas, vitioque potens
Regnat adulter.
O vane pudor fálsumque decus! Sen. Hipp. 977.

2287.

Res immoderata cupido est. Ov. Pont. 4, 15, 31.

2288.

Respiciet deus
Bene cogitata. — Sen. Thyest. 469.

2289.

Respue, quod non es! — Pers. Sat. 4, 51.

2290.

Res timida est omnis miser. — Ov. Pont. 2, 7, 37.

2291.

Revocate animos maestumque timorem
Mittite: forsan et haec olim meminisse juvabit. Virg. Aen. 1, 202.

2292.

Rex est, qui metuit nihil,
Rex est, qui cupiet nihil:
Hoc regnum sibi quisque dat.
Stet, quicunque volet, potens
Aulae culmine lubrico:
Me dulcis saturet quies.
Obscuro positus loco
Leni perfruar otio:

Nullis nota Quiritibus
Aetas per tacitum fluat.
Sic cnm transierint mei
Nullo eum strepitu dies,
Plebejus moriar senex.
Illi mors gravis incubat,
Qui, notns nimis omnibus,
Iguotus moritur sibi. Sen. Thyest. 388.

2293.

Rex velit honesta: nemo non eadem volet. Sen. Thyest. 213.

2294.

Ridentem dicere verum
Quid vetat? — Hor. Sat. 1, 1, 24.

2295.

Ridentur, mala qui componunt carmina; verum
Gaudent scribentes et se veuerautur et ultro,
Si taceas, laudant, quidquid scripsere, beati. Hor. Ep. 2, 2, 106.

2296.

Ridiculum acri
Fortius et melius magnas plerumque secat res. Hor. Sat. 1, 10, 14.

2297.

Rivalem possum non ego ferre Jovem. Prop. Eleg. 2, 34, 18.

2298.

Rogare beueficium servitus quodammodo est. P. Syr.

2299.

Ruendi
Iu ferrnm mens prona viris. — Lucan. Phars. 1, 458.

2300.

Rumpuntur nescia vinci
Pectora. — Virg. Aen. 12, 527.

2301.

Rura quoque oblectant animos studiumque colendi. Ov. Rem. 169.

2302.

Rursus, quid virtus et quid sapientia possit,
Utile proposnit nobis exemplar Ulysses. Hor. Ep. 1, 2, 17.

2303.

Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiae navita puppis amat. Ov. Pont. 2, 5, 61.

2304.

Saepe acri potior prudentia dextra. Valer. Flacc. Argon. 4, 622.

2305.

Saepe creat molles aspera spina rosas. Ov. Pont. 2, 2, 34.

2306.

Saepe ego tentavi curas depellere vino:
At dolor in lacrimas verterat omne merum. Tib. Eleg. 1, 5, 37.

2307.

Saepe eruentis veritas patuit malo. Sen. Oed. 827.

2308.

Saepe in magistrum scelera redierunt sua. Sen. Thyest. 311.

2309.

Saepe Jovis telo quercus adusta viret. Ov. Trist. 4, 9, 14.

2310.

Saepe premente deo fert deus alter opem. Ov. Trist. 1, 2, 4.

2311.

Saepe solent auro multa subesse mala. Tib. Eleg. 1, 9, 18.

2312.

Saepe summa ingenia in occulto latent. Plaut. Capt. 1, 2, 62.

2313.

Saepe tacens odii semina vultus habet. Ov. A. A. 3, 512.

2314.

Saepe tacens vocem verbaque vultus habet. Ov. A. A. 1, 574.

2315.

Saepe te considera. Phaedr. Fab. 3, 8, 1.

2316.

Saepe tulit lassis succus amarus opem. Ov. Am. 3, 11, 8.

2317.

Saepe utile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis. Ov. Met. 8, 56.

2318.

Saepe vel lingua magis
Regi atqne regno muta libertas obest. Sen. Oed. 524.

2319.

Saepe vindicta obfuit. Sen. Herc. Fnr. 1187.

2320.

Saeva Jovis sic numina posennt. Virg. Aen. 11, 901.

2321.

Saeva . . . . lucis miseris mora. — Valer. Flacc. Argon. 6, 733.

2322.

Saevior armis
Lnxuria. — Juv. Sat. 6, 292.

2323.

Saevis inter se convenit ursis. Jnv. Sat. 15, 164.

2324.

Saevis pax quaeritnr armis. Stat. Theb. 7, 554.

2325.

Saevitqne animis ignobile vulgus. Virg. Aen. 1, 149.

2326.

Saevo cinctus ab hoste locus. Ov. Trist. 5, 2, 32.

2327.

Saevum praelustri fulmen ab arce venit. Ov. Trist. 3, 4, 6.

2328.

Salmaci, da spolia sine sndore et sanguine! Enn. apnd Cic. Off. 1, 18, 61.

2329.

Sanctum nihil est. — Jnv. Sat. 3, 109.

2330.

Sanctus haberi
Justitiaeqne tenax factis dictisque mereris? Juv. Sat. 8, 24.

2331.

Sanguine hnmano abstine,
Quicnnqne regnas. — Sen. Herc. Fur. 745.

2332.

Sapiens finire memento
Tristitiam vitaeque labores
Molli . . . . mero. — Hor. Od. 1, 7, 17.

2333.

Sapiens operis sic optimus omnis
Est opifex. — Hor. Sat. 1, 3, 132.

2334.

Sat habet favitorum semper, qui recte facit. Plaut. Amph. Prol. 79.

2335.

Satin' parva res est voluptatum in vita atque in aetate agenda,
Praequam quod molestum est? Ita cuique in aetate hominum comparatum,
Ita dis est complacitum, voluptatem ut maeror comes consequatur:
Quin incommodi plus malique illico adsit, boni si obtigit quid.
Plaut. Amph. 2, 2, 1.

1336.

Satis est beatus, qui potest, cum vult, mori. P. Syr.

2337.

Satis est populis fluviusque Ceresque. Lucan. Phars. 4, 381.

2338.

Satius est servo homini modeste facere sumtum quam ampliter.
Suum quemque decet. — Plaut. Stich. 5, 4, 10.

2339.

Scandit aeratas vitiosa naves
Cura nec turmas equitum relinquit
Ocior cervis et agente nimbos
Ocior Euro. Hor. Od. 2, 16, 21.

2340.

Scelera non intrant casas,
Tutusque mensa capitur angusta cibus.
Venenum in auro bibitur. — Sen. Thyest. 451.

2341.

Scilicet ad magnum major ducenda laborem
Cura. — Grat. Fal. Cyneg. 326.

2342.

Scilicet adversis probitas exercita rebus
Tristi materiam tempore laudis habet. Ov. Trist. 5, 5, 49.

2343.

Scilicet affectus similes aut impetus idem
Rebus ab auditis conspicuisque venit? Ov. Pont. 3, 4, 21.

2344.

Scilicet ejusdem est, quamvis pugnare vidotur,
Supplicibus facilem, sontibus esse trucem. Ov. Pont. 4, 6, 31.

2345.

Scilicet est cupidus studiornm quisque suorum,
Tempus et assueta pouere in arte juvat.
Saucins ejurat pugnam gladiator, et idem
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis,
Et ducit remos, qua modo navit aqua. Ov. Pont. 1, 5, 35.

2346.

Scilicet ot veteres fugiunt juga curva juvenci,
Et domitus freno saepe repugnat equus. Ov. Trist. 4, 6, 23.

2347.

Scilicet et victus repetit gladiator arenam,
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas. Ov. Trist. 2, 17.

2348.

Scilicet exiguis magna sub imagine rebus
Prospicies, quae sit ratio et quo fine regenda. Grat. Fal. Cyneg. 326.

2349.

Scilicet exiguis prodest annosa vetustas,
Grandibus accedunt tempore damna malis. Ov. Trist. 5, 2, 11.

2350.

Scilicet improbae
Crescunt divitiae; tamen
Curtae nescio quid semper abest rei. Hor. Od. 3, 24, 62.

2351.

Scilicet ingeniis aliqua est concordia junctis,
Et servat studii foedera quisque sui. Ov. Pont. 2, 5, 59.

2352.

Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,
Et studio mores convenienter eunt. Ov. A. A. 3, 545.

2353.

Scilicet insano nemo in amore videt. Prop. Eleg. 2, 11, 18.

2354.

Scilicet in superis etiam fortuna luenda est,
Nec veniam laeso numine casus habet. Ov. Trist. 2, 107.

2355.

Scilicet in vulgus manant exempla potentum;
Ut ducum lituos, sic mores castra sequuntur. Claud. Laud. Stil. 1, 168.

2356.

Scilicet omne sacrum mors importuna profanat:
Omnibus obscuras injicit illa manus. Ov. Am. 3, 9, 19.

2357.

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum juvat et vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes:
At simul intonuit, fugiunt nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat. Ov. Trist. 1, 5, 25.

2358.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Virg. Aen. 2, 39.

2359.

Scire aliquid laus est: culpa est nil discere velle. Cat. Dist. 4, 29.

2360.

Scire licet nobis nil esse in morte timendum. Lucret. R. N. 3, 866.

2361.

Scire suos fines matrona et femina debet. Mart. Epigr. 12, 96, 11.

2362.

Scire tuum nihil est, nisi te scire sciat alter?
At pulchrum est digito monstrari et dicier: Hic est. Pers. Sat. 1, 27.

2363.

Scire volam, quantum discordet parcus avaro. Hor. Ep. 2, 2, 194.

2364.

Scire volunt omnes, mercedem solvere nemo. Juv. Sat. 7, 156.

2365.

Scire volunt secreta domus atque inde timeri. Juv. Sat. 3, 113.

2366.

Scribendi recte sapere est et principium et fons. Hor. A. P. 309.

2367.

Scribentem juvat ipse favor minuitque laborem,
 Cumque suo crescens pectore fervet opus:
Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto
 Magnus Aristarcho major Homerus erat. Ov. Pont. 3, 9, 21.

2368.

Scripta ferunt annos. — Ov. Pont. 4, 8, 51.

2369.

Scripta placent a morte fere, quia laedere vivos
 Livor et injusto carpere dente solet. Ov. Pont. 3, 4, 73.

2370.

Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbes,
Rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra. Hor. Ep. 2, 2, 77.

2371.

Secreto amicos admone, lauda palam. P. Syr.

2372.

Secunda non habent unquam modum. Sen. Oed. 694.

2373.

Sed credere durum est. Tib. Eleg. 1, 6, 7.

2374.

Sed, dum abest, quod avemus, id exsuperare videtur
Cetera: post aliud, cum contigit illud, avemus,
Et sitis aequa tenet vitai semper hiantis. Lucret. R. N. 3, 1082.

2375.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Virg. Georg. 3, 284.

2376.

Sedibus in patriis det mihi posse mori. Ov. Trist. 1, 1, 34.

2377.

Seditio civium hostium est occasio. P. Syr.

2378.

Seditione, dolis, scelere atque libidine et ira
Iliacos intra muros peccatur et extra. Hor. Ep. 1, 2, 15.

2379.

Sed juremus in haec. — Hor. Epod. 16, 25.

2380.

Sed magis in vita divum metus urget inanis
Mortales casumque timent, quem cuique ferat fors. Lucret. R. N. 3, 982.

2381.

Sed me mala fata trahebant. Ov. Her. 6, 51.

2382.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat! Virg. Aen. 4, 24.

2383.

Sed minor est acri laudis amore dolor. Ov. Pont. 4, 7, 40.

2384.

Sed miseris solus superest post omnia luctus:
Quot bona tunc habui, tot modo damna fleo. Corn. Gall. (?) Eleg. 2, 39.

2385.

Sed miser ut vanos, veros ita saepe timores
Versat amor. — Valer. Flacc. Argon. 8, 408.

2386.

Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena,
Despicere unde queas alios passimque videre
Errare atque viam palantes quaerere vitae,
Certare ingenio, contendere nobilitate,
Noctes atque dies niti praestante labore
Ad summas emergere opes rerumque potiri.
O miseras hominum mentes, o pectora caeca!
Qualibus in tenebris vitae quantisque periclis
Degitur hoc aevi quodcunque est! nonne videre
Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut, cui
Corpore sejunctus dolor absit, menti' fruatur
Jucundo sensu, cura remotu' metuque? Lucret. R. N. 2, 7.

2387.

Sed nimium indulgens rebus fortuna secundis
Invidet in facie saevitque asperrima fronti. Manil. Astron. 4, 564.

2388.

Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram:
Saepe simultates ira morata facit. Ov. Am. 1, 8, 81.

2389.

Sed praestandus amor, res non operosa volenti:
Quis labor est puram non temerasse fidem? Ov. Pont. 4, 10, 81.

2390.

Sed prior haec hominis cura est dignoscere terram,
Et quae hujus miranda tulit fortuna, notare. Lucil. Aetn. 250.

2391.

Sed propera nec te venturas differ in horas:
Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Ov. Rem. 93.

2392.

Sed quae non prosunt singula, multa juvant. Ov. Rem. 420.

2393.

Sed quae praeclara et prospera tantum,
Ut rebus laetis par sit mensura malorum? Juv. Sat. 10, 97.

2394.

Sed quam continuis et quantis longa senectus
Plena malis! — Juv. Sat. 10, 190.

2395.

Sed qui quam potuit dat maxima, gratus abunde est,
Et finem pietas contigit illa suum.
Nec quae de parva pauper dis libat acerra
Thura minus, grandi quam data lance, valent. Ov. Pont. 4, 8, 37.

2396.

Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis audet
Argento praeferre caput rebusque salutem?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio caeci propter patrimonia vivunt. Juv. Sat. 12, 48.

2397.

Sed, quo fata trahunt, virtus secura sequetur. Lucan. Phars. 2, 287.

2398.

Sed rigidum jus est et inevitabile mortis:
Stant rata non ulla fila tenenda manu. Ov. Cons. Liv. Aug. 443.

2399.

Sed satis est orare Jovem, quae ponit et aufert:
Det vitam, det opes, aequum mi animum ipse parabo. Hor. Ep. 1, 18, 111.

2400.

Sed tamen est operae pretium cognoscere, quales
Aedituos habeat belli spectata domique
Virtus, indigno non committenda poetae. Hor. Ep. 2, 1, 229.

2401.

Sed tamen huc omnes, huc primus et ultimus ordo:
Est mala, sed cunctis ista terenda via. Prop. Eleg. 3, 16, 21.

2402.

Sed tamen ut fuso taurorum sanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore deus. Ov. Trist. 2, 75.

2403.

Sed timidi est optare necem. — Ov. Met. 4, 115.

2404.

Sed tu quod nolles, voluit miserabile fatum. Ov. Pont. 4, 6, 3.

2405.

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quae sunt oculis subjecta fidelibus et quae
Ipse sibi tradit spectator. — Hor. A. P. 180.

2406.

Se
Judice nemo nocens absolvitur. — Juv. Sat. 13, 2.

2407.

Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est: post illam nunquam possis prendere. Plaut. Capt. 2, 2, 8.

2408.

Semel profecto premere felices deus
Cum coepit, urget: hos habent magna exitus. Sen. Herc. Fur. 713.

2409.

Seminibus . . . . certis quaeque creantur. Lucret. R. N. 1, 169.

2410.

Semita certe
Tranquillae per virtutem patet unica vitae.
Nullum numen habes, si sit prudentia: nos te,
Nos facimus, Fortuna, deam coeloque locamus. Juv. Sat. 10, 363.

2411.

Semper cavere hoc sapientes aequissimum est,
Ne conscii sint ipsi malefici suis. Plaut. Rud. 4, 7, 20.

2412.

Semper dolor est malignus:
Gaudet in multos sua fata mitti
Seque non solum placuisse poenae.
Ferre, quam sortem patiuntur omnes,
Nemo recusat
Nemo se credet miserum, licet sit. Sen. Troad. 1114.

2413.

Semper enim ex aliis alia proseminat usus. Manil. Astron. 1, 90.

2414.

Semper habe Pyladen, qui consoletur Orestem. Ov. Rem. 589.

2415.

Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt. Virg. Buc. 5, 78.

2416.

Semper in assiduo motu res quaeque geruntur
Partibus e cunctis. — Lucret. R. N. 1, 995.

2417.

Semper inops, quicunque cupit. — Claud. Rufin. 1, 200.

2418.

Semper nocuit differre paratis. Lucan. Phars. 1, 281.

2419.

Semper plus metuit animus ignotum malum. P. Syr.

2420.

Semper tu facito . . . . hoc cogites
Id optimum esse tute uti sis optimus. Plaut. Trin. 2, 4, 84.

2421.

Sensit Alexander, testa cum vidit in illa
Magnnm habitatorem, quanto felicior hic, qni
Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem,
Passurus gestis aequanda pericula rebns. Juv. Sat. 14, 311.

2422.

Sentit amans sna damna fere, tamen haeret in illis. Ov. Trist. 4, 1, 33.

2423.

Seqnens mirabitnr aetas. Ov. Pont. 2, 6, 27.

2424.

Se quisqne et vivit et effert. Manil. Astron. 4, 534.

2425.

Sequitur superbos ultor a tergo dens. Sen. Herc. Fnr. 385.

2426.

Sera nunquam est ad bonos mores via:
Quem poenitet peccasse, paene est innocens. Sen. Agam. 242.

2427.

Seris venit nsus ab annis. Ov. Met. 6, 29.

2428.

Serius aut citins sedem properamus ad unam:
Tendimus hnc omnes, haec est domus ultima. — Ov. Met. 10, 33.

2429.

Sermo datnr cnnctis, animi sapientia pancis. Cat. Dist. 1, 10.

2430.

Serpens, sitis, ardor, arenae
Dnlcia virtuti: gaudet patientia duris.
Laetius est, quoties magno sibi constat honestnm. Lncan. Phars. 9, 402.

2431.

Serum est cavendi tempus in mediis malis. Sen. Thyest. 487.

2432.

Servire amanti miseria est, praesertim qui, quod amat, caret. Plaut. Poen. 4, 1, 4.

2433.

Servis regna dabant, captivis fata triumphum. Juv. Sat. 7, 201.

2434.

Sese omnes amant. Plaut. Capt. 3, 1, 17.

2435.

Si bene qui coenat, bene vivit. — Hor. Ep. 1, 6, 56.

2436.

Si bene quid facias, facias cito; nam cito factum
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit. Auson. Epigr. 83, 1.

2437.

Sibi non cavere et aliis consilium dare
Stultum est. — Phaedr. Fab. 1, 9, 1.

2438.

Sibi quisque profecto
Est deus: ignavis precibus Fortuna repugnat. Ov. Met. 8, 72.

2439.

Sic abeunt redeuntque mei variantque timores. Ov. Trist. 2, 153.

2440.

Sic agitur censura et sic exempla parantur:
Cum vindex, alios quod monet, ipse facit. Ov. Fast. 6, 647.

2441.

Sic animi natura nequit sine corpore oriri
Sola neque a nervis et sanguine longiter esse. Lucret. R. N. 5, 132.

2442.

Sic animo quondam non divinante futura
Optabam placide vivere posse senex. Ov. Trist. 4, 8, 29.

2443.

Si carmina condes,
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. Hor. A. P. 436.

2444.

Siccis omnia nam dura deus proposuit neque
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines. Hor. Od. 1, 18, 3.

2445.

Sic di voluistis. — Virg. Aen. 5, 50.

2446.

Sic illum fata ferebant. Ov. Met. 3, 176.

2447.

Sic itur ad astra. Virg. Aen. 9, 641.

2448.

Sic juvat ire sub umbras. Virg. Aen. 4, 660.

2449.

Sic ludus animo debet aliquando dari,
Ad cogitandum melior ut redeat sibi. Phaedr. Fab. 3, 14, 12.

2450.

Sic me servavit Apollo. Hor. Sat. 1, 9, 78.

2451.

Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus undae,
Aurigam video vela dedisse rati. Ov. Trist. 1, 3, 117.

2452.

Sic notus Ulysses? Virg. Aen. 2, 44.

2453.

Sic omnes amor unus habet decernere ferro. Virg. Aen. 12, 282.

2454.

Sic omnia fatis
In pejus ruere ac retro sublapsa referri! Virg. Georg. 1, 199.

2455.

Sic petitur coelum. — Ov. Fast. 1, 307.

2456.

Sic quisque pavendo
Vires dat famae. — Lucan. Phars. 1, 482.

2457.

Sic volo, sic jubeo: sit pro ratione voluntas! Juv. Sat. 6, 223.

2458.

Si deus est animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue pura sit mente colendus. Cat. Dist. 1, 1.

2459.

Si est animus aequus tibi, satis habes, qui bene vitam colas.
Plaut. Aul. 2, 2, 10.

2460.

Si famam servare cupis, dum vivis, honestam,
Fac fugias animo, quae sunt mala gaudia vitae. Cat. Dist. 4, 17.

2461.

Si Fortuna volet, fies de rhetore consul,
Si volet haec eadem, fies de consule rhetor. Juv. Sat. 7, 197.

2462.

Si genus humanum et mortalia temnitis arma,
At sperate deos memores fandi atque nefandi. Virg. Aen. 1, 542.

2463.

Signatum hoc memori pectore nomen habe! Ov. Her. 13, 66.

2464.

Si incolae bene sunt morati, pulchre munitum [sc. oppidum] arbitror. Plaut. Pers. 4, 4, 6.

2465.

Si lacrimae — neque enim veniunt in tempore semper —
Deficiunt, uda lumina tange manu. Ov. A. A. 1, 661.

2466.

Si mihi difficilis formam natura negavit:
Ingenio formae damna rependo meae. Ov. Her. 15, 31.

2467.

Similes aliorum respice casus:
Mitius ista feres. — Ov. Met. 15, 494.

2468.

Si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur! Virg. Aen. 4, 109.

2469.

Simulare certe est hominis. — Ter. Ad. 734.

2470.

Si natura negat, facit indignatio versum,
Qualemcunque potest. — Juv. Sat. 1, 79.

2471.

Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.
Sperne voluptates: nocet emta dolore voluptas.
Semper avarus eget: certum voto pete finem. Hor. Ep. 1, 2, 54.

2472.

Sine amore jocisque
Nil est jucundum. — Hor. Ep. 1, 6, 65.

2473.

Si nescis, oculi sunt in amore duces. Prop. Eleg. 2, 12, 12.

2474.

Singula quid referam? nil non laudabile vidi. Ov. Am. 1, 5, 23.

2475.

Singula quid referam? nil non mortale tenemus
Pectoris exceptis ingeniique bonis. Ov. Trist. 3, 7, 43.

2476.

Si non proficient artes, veniemus ad arma. Ov. Her. 20, 47.

2477.

Sint Maecenates, non deerunt, Flacce, Marones. Mart. Epigr. 8, 56, 5

2478.

Si numeres anno soles et nubila toto,
Jnvenies nitidum saepius isse diem. Ov. Trist. 5, 8, 31.

2479.

Si parva licet componere magnis. Virg. Georg. 4, 176.

2480.

Si potes, ignotis etiam prodesse memento:
Utilius regno meritis acquirere amicos. Cat. Dist. 2, 1.

2481.*

Si prodesse tuis pauloque benignius ipsum
Te tractare voles, accedes siccus ad unctum. Hor. Ep. 1, 17, 9.

2482.

Si qua metu demto casta est, ea denique casta est. Ov. Am. 3, 4, 3.

2483.

Si quam rem accures sobrie aut frugaliter,
Solet illa recte sub manus succedere. Plaut. Pers. 4, 1, 1.

2484.

Si qua venit sero, magna ruina venit. Prop. Eleg. 2, 19, 68.

2485.

Si qua voles apte nubere, nube pari. Ov. Her. 9, 32.

2486.

Si quid amicum erga bene feci aut consului fideliter,
Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror. Plaut. Trin. 5, 2, 4.

2487.

Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum:
Esset, crede mihi, factus et ipse Getes. Ov. Pont. 4, 2, 21.

2488.
Si, quoties homines peccant, sua fulmina mittit
Jupiter, exiguo tempore iuermis erit. Ov. Trist. 2, 33.

2489.
Sis felix et sint candida fata tua! Tib. Eleg. 3, 6, 30.

2490.
Sis licet felix, ubicunque mavis. Hor. Od. 3, 27, 13.

2491.
Sit animus tibi
Rerumque prudens et secundis
Temporibus dubiisque rectus. Hor. Od. 4, 9, 34.

2492.
Sit dives jure, furorem
Qui maris et tristes ferre potest pluvias. Tib. Eleg. 1, 1,49.

2493.
Si Trojae fatis aliquid restare putatis,
Este mei memores. — Ov. Met. 13, 379.

2494.
Sit spes fallendi: miscebis sacra profanis. Hor. Ep. 1, 16, 54.

2495.
Sit subitum, quodcunque paras; sit caeca futuri
Mens hominum fati: liceat sperare timenti. Lucan. Phars. 2, 14.

2496.
Sit tibi cura mei, sit tibi cura tui! Ov. Her. 13, 176.

2497.
Si valeant homines, ars tua, Phoebe, jacet. Ov. Trist. 4, 3, 78.

2498.
Sociisque comes discordia regnis. Stat. Theb. 1, 130.

2499.
Socius fit culpae, qui nocentem sublevat. P. Syr.

2500.
Sola perpetuo manent
Subjecta nulli mentis atque animi bona. Sen. (?) Oct. 548.

2501.
Solem quis dicere falsum
Audeat? — Virg. Georg. 1, 463.

2502.

Solent mendaces luere poenas malefici. Phaedr. Fab. 1, 17, 1.

2503.

Solent suprema facere securos mala. Sen. Oed. 386.

2504.

Solus et artifices qui facit, nsus erit. Ov. A. A. 2, 676.

2505.

Solns, inops, exspes, leto poenaeque relictns. Ov. Met. 14, 217.

2506.

Solve metus: feret haec aliquam tibi fama salntem. Virg. Aen. 1, 463.

2507.

Solvite, mortales, animos curasque levate
Totque snpervacuis vitam deflere querelis.
Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
Longaque per certos signantur tempora casns.
Nascentes morimur, finisque ab origine pendet. Manil. Astron. 4, 12.

2508.

Solvitur omne decns leto. — Sil. Ital. Pun. 12, 243.

2509.

Somne, quies rerum, placidissime somne deorum!
Pax animi, quem cura fugit, qui corda diurnis
Fessa ministeriis mulces reparasque labori! Ov. Met. 11, 623.

2510.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte
Et pavidas mentes falsa timere jubent. Tib. Eleg. 3, 4, 7.

2511.

Sors est sua cuique ferenda. Manil. Astron. 4, 22.

2512.

Sors tua mortalis: non est mortale, quod optas. Ov. Met. 2, 56.

2513.

Sors ultima rerum
In dubios casus et prona pericula mortis
Praecipitare solet. — Lucan. Phars. 5, 692.

2514.

Spatio brevi
Spem lougam reseces. Dum loquimur, fugerit iuvida
Aetas: carpe diem quam miuimum credula postero. Hor. Od. 1, 11, 6.

2515.

Spatium pro muuere posco. Ov. Rem. 277.

2516.

Spectatum veuiunt; veuiunt, spectentur ut ipsae. Ov. A. A. 1, 99.

2517.

Spem juvat amplecti, quae non juvet irrita semper,
Et fieri cupias si qua, futura putes.
Proximus huic gradus est bene desperare salutem
Seque semel vera scire perisse fide.
Curaudo quaedam fieri majora vldemus
Vuluera, quae melius nou tetigisse fuit. Ov. Pont. 3, 7, 21.

2518.

Sperat infestis, metuit secuudis
Alteram sortem bene praeparatum
Pectus. — Hor. Od. 2, 10, 13.

2519.

Sperue repugnando tibi tu contrarius esse:
Couveuiet uulli, qui secum dissidet ipse. Cat. Dist. 1, 4.

2520.

Spes boua sollicito victa timore cadit. Ov. Her. 13, 124.

2521.

Spes est salutis, ubi homiuem objurgat pudor. P. Syr.

2522.

Spes etiam valida solatur compede vinctum:
Crura sonant ferro, sed canit inter opus. Tib. Eleg. 2, 6, 25.

2523.

Spes facit, ut vivat viuctus quoque compede fossor
Liberaque a ferro crura futura putet. Ov. Pout. 1, 6, 31.

2524.

Spes pascis iuaues. Virg. Aen. 10, 627.

2525.

Spes quoque leuta fuit. Tarde, quae credita laedunt,
Credimus. — Ov. Her. 2, 9.

2526.

Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum. Ov. A. A. 1, 445.

2527.

Spiritus magnos fuga. Sen. Troad. 506.

2528.

Stabilem . . . . optima facta
Dant animum, majorque piis audacia coeptis. Valer. Flacc. Argon 2, 263.

2529.

Stabit et in media pes tibi saepe via.
Sed quanto minus ire voles, magis ire memento;
Perfer et invitos currere coge pedes. Ov. Rem. 216.

2530.

Stant belli causae. — Virg. Aen. 7, 553.

2531.

Stat dubius tremulus senex semperque malorum
Credulus et stultus, quae facit ipse, timet.
Laudat praeteritos, praesentes despicit annos;
Hoc tantum rectum, quod sapit ipse, putat. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 195.

2532.

Stat fortuna domus et avi numerantur avorum. Virg. Georg. 4, 209.

2533.

Stat magni nominis umbra. Lucan. Phars. 1, 135.

2534.

Stat mihi non parvo virtus mea. — Ov. Fast. 4, 885.

2535.

Stat nulla diu mortalibus usquam
Fortuna titubante fides. — Sil. Ital. Pun. 11, 3.

2536.

Stat sua cuique dies, breve et irreparabile tempus
Omnibus est vitae: sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. — Virg. Aen. 10, 467.

2537.

Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo
Sanguine censeri pictosque ostendere vultus
Majorum et stantes in curribus Aemilianos,
. . . .
Si coram Lepidis male vivitur? — Juv. Sat. 8, 1.

2538.

Stetit acer in armis
Aeneas. — Virg. Aen. 12, 938.

2539.

Stimulos dedit aemula virtus. Lucan. Phars. 1, 120.

2540.

Strangulat inclusus dolor atque exaestuat intus,
Cogitur et vires multiplicare suas. Ov. Trist. 5, 1, 63.

2541.

Strenui nimio plus prosunt populo quam arguti et cati:
Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit. Plaut. Truc. 2, 6, 12.

2542.

Studio mores conveniunter eunt. Ov. A. A. 3, 546.

2543.

Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt. Ov. Am. 2, 9, 41.

2544.

Stultitia est morte alterius sperare salutem. Cat. Dist. 4, 14.

2545.

Stultitiam simulare loco prudentia summa est. Cat. Dist. 2, 18.

2546.

Stultorum incurata pudor malus ulcera celat. Hor. Ep. 1, 16, 24.

2547.

Stultum consilium non modo effectu caret,
Sed ad perniciem quoque mortales devocat. Phaedr. Fab. 1, 20, 1.

2548.

Stultum est timere, quod vitare non potes. P. Syr.

2549.

Stultum facit Fortuna, quem vult perdere. P. Syr.

2550.

Stultum imperare reliquis, qui nescit sibi. P. Syr.

2551.

Stultus quoque munere gaudet. Ov. A, A. 3, 655.

2552.

Sua cuique deus fit dira cupido? Virg. Aen. 9, 185.

2553.

Sua mens infecerat illum. Ov. Met. 2, 834.

2554.

Sua quemque premit terroris imago. Lucan. Phars. 7, 773.

2555.

Sua quisque exempla debet aequo animo pati. Phaedr. Fab. 1, 26, 12.

2556.

Sua quisque pericula nescit. Lucan. Phars. 7, 133.

2557.

Suave est ex magno tollere acervo. Hor. Sat. 1, 1, 51.

2558.

Subtexta malis bona sunt, lacrimaeque sequuntur
Vota, nec in cunctos servat Fortuna tenorem;
Usque adeo permixta fluit nec permanet usque
Amisitque fidem variando cuncta per omnes. Manil. Astron. 3, 526.

2559.

Successu nuda remoto
Inspicitur virtus. — Lucan. Phars. 9, 594.

2560.

Successus ad perniciem multos devocat. Phaedr. Fab. 3, 5, 1.

2561.

Successus improborum plures allicit. Phaedr. Fab. 2, 3, 7.

2562.

Summa est potestas nulla, si cupias nihil. Sen. Thyest. 443.

2563.

Summa petit livor, perflant altissima venti:
Summa petunt dextra fulmina missa Jovis. Ov. Rem. 369.

2564.

Summisque negatum
Stare diu. — Lucan. Phars. 1, 70.

2565.

Summum, crede, nefas animam praeferre pudori. Juv. Sat. 8, 83.

2566.

Summum nec metuas diem nec optes. Mart. Epigr. 10, 47, 13.

2567.

Sunt aliquid manes: letum non omnia finit,
Luridaque evictos effugit umbra rogos. Prop. Eleg. 4, 7, 1.

2568.

Sunt, in fortunae qui casibus omnia ponant
Et nullo credant mundum rectore moveri
Natura volvente vices et lucis et anni. Juv. Sat. 13, 86.

2569.

Sunt lacrimae rerum et mentem mortalia tangunt. Virg. Aen. 1, 462.

2570.

Sunt talis quoque taedia vitae
Magna: voluptates commendat rarior usus. Juv. Sat. 11, 207.

2571.

Sunt tamen inter se communia sacra poetis. Ov. Pont. 2, 10, 17.

2572.

Superanda omnis fortuna ferendo est. Virg. Aen. 5, 710.

2573.

Superat quoniam fortuna, sequamur,
Quoque vocat, vertamus iter. — Virg. Aen. 5, 22.

2574.

Super omnia vultus
Accessere boni nec iners pauperque voluntas. Ov. Met. 8, 677.

2575.

Suspectus cave sis, ne sis miser omnibus horis:
Nam timidis et suspectis aptissima mors est. Cat. Dist. 4, 43.

2576.

Suum quemque decet. — Plaut. Stich. 5, 4, 11.

2577.

Suus cuique attributus est error:
Sed non videmus, manticae quod in tergo est. Catull. Carm. 22, 20.

2578.

Suus cuique mos. Ter. Phorm. 454.

2579.

Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas,
Nullaque res majus tempore robur habet.
Scripta ferunt annos. — Ov. Pont. 4, 8, 49.

2580.

Tacere multis discitur vitae malis. Sen. Thyest. 319.

2581.

Taedia quaere: malis faciunt et taedia finem. Ov. Rem. 539.

2582.

Tales ergo cibi, qualis domus atque supellex. Juv. Sat. 11, 99.

2583.

Tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet. P. Syr.

2584.

Tam facile et pronum est superos contemnere testes,
Si mortalis idem nemo sciat! — Juv. Sat. 13, 75.

2585.

Tangere enim et tangi nisi corpus nulla potest res. Lucret. R. N. 1, 304.

2586.

Tangit et ira deos. — Ov. Met. 8, 279.

2587.

Tantae molis erat Romanam condere gentem! Virg. Aen. 1, 37.

2588.

Tanta est fiducia formae! Ov. Met. 3, 270.

2589.

Tanta in muneribus fiducia. — Juv. Sat. 10, 306.

2590.

Tantalus a labris sitiens fugientia captat
Flumina. — Hor. Sat. 1, 1, 68.

2591.

Tantane vos tenuit generis fiducia vestri? Virg. Aen. 1, 132.

2592.

Tantas audetis tollere moles? Virg. Aen. 1, 134.

2593.

Tanti, quantum habeas, sis. Hor. Sat. 1, 1, 62.

2594.

Tantis parta malis cura majore metuque
Servantur: misera est magni custodia census. Juv. Sat. 14, 303.

2595.

Tanti tibi non sit opaci
Omnis arena Tagi quodque in mare volvitur aurum,
Ut somno careas ponendaque praemia sumas
Tristis et a magno semper timearis amico. Juv. Sat. 3, 54.

2596.

Tanto major famae sitis est quam
Virtutis. Quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Praemia si tollas? — Juv. Sat. 10, 140.

2597.

Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas! Virg. Aen. 3, 415.

2598.

Tantus amor laudum, tantae est victoria curae! Virg. Georg. 3, 112.

2599.

Tantus decor affuit arti. Ov. Met. 6, 18.

2600.

Tarda senectus
Debilitat vires animi mutatque vigorem. Virg. Aen. 9, 610.

2601.

Tarda solet magnis rebus inesse fides. Ov. Her. 17, 130.

2602.

Tardo amico nihil est quidquam iniquius. Plaut. Poen. 3, 1, 1.

2603.

Te . . . . benigne itidem addecet
Bene merenti bene referre gratiam. — Plaut. Rud. 5, 3, 35.

2604.

Te ipsum
Concute, num qua tibi vitiorum insueverit olim
Natura aut etiam consuetudo mala; namque
Neglectis urenda filix innascitur agris. Hor. Sat. 1, 3, 34.

2605.

Te lapis et montes innataque rupibus altis
Robora, te saevae progenuere ferae. Ov. Her. 7, 37.

2606.

Tellus
Pauperi recluditur
Regumque pueris. Hor. Od. 2, 18, 32.

2607.

Teloque animus praestantior omni. Ov. Met. 3, 54.

2608.

Temperie coeli corpusque animusque juvantur. Ov. Pont. 2, 7, 71.

2609.

Tempora labuntur tacitisque senescimus annis. Ov. Fast. 6, 771.

2610.

Tempora longa tibi noli promittere vitae:
Quocunque ingrederis, sequitur mors, corpus ut umbra. Cat. Dist. 4, 37.

2611.

Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi:
Vix, ultra quo jam progrediatur, habet. Ov. Fast. 1, 195.

2612.

Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci:
Tempore lenta pati frena docentur equi. Ov. A. A. 1, 471.

2613.

Tempori aptari decet. Sen. Med. 176.

2614.

Temporis ars medicina fere est. Data tempora prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent. Ov. Rem. 131.

2615.

Temporis officium solatia dicere certi est,
Dum dolor in cursu est, dum petit aeger opem.
At cum longa dies sedavit vulnera mentis,
Intempestive qui fovet illa, novat. Ov. Pont. 4, 11, 17.

2616.

Tempus edax rerum tuque invidiosa vetustas,
Omnia destruitis vitiataque dentibus aevi
Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Haec quoque non perstant, quae nos elementa vocamus. Ov. Met. 15, 234.

2617.

Tempus in agrorum cultu consumere dulce est. Ov. Pont. 2, 7, 69.

2618.

Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam:
Omnia sub leges mors vocat atra suas. Ov. Cons. Liv. Aug. 359.

2619.

Tendit in ardua virtus. Ov. Pont. 2, 2, 113.

2620.

Tenet insanabile multos
Scribendi cacoëthes et aegro in corde senescit. Juv. Sat. 7, 51.

2621.

Tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo victorque virum volitare per ora. Virg. Georg. 3, 8.

2622.

Te nulla movet tantae pietatis imago. Virg. Aen. 6, 405.

2623.

Teque, quod est rarum, praesta constanter ad omne
Indeclinatae munus amicitiae! Ov. Trist. 4, 5, 23.

2624.

Terra malos homines nunc educat atque pusillos. Juv. Sat. 15, 70.

2625.

Terra salutiferas herbas eademque nocentes
Nutrit, et urticae proxima saepe rosa est. Ov. Rem. 45.

2626.

Terretur minimo pennae stridore columba
Unguibus, accipiter, saucia facta tuis. Ov. Trist. 1, 1, 75.

2627.

Tertius e coelo cecidit Cato. — Juv. Sat. 2, 40.

2628.

Tibi innocens sit, quisqnis cst pro te nocens. Sen. Med. 503.

2629.

Tibi, Tantale, nnllae
Depreuduntur aqnae, quaeque imminet, effugit arbos. Ov. Met. 4, 457.

2630.

Timeat maledicere pauper
Multaque divitibns non patienda ferat. Ov. A. A. 2, 167.

2631.

Timeo naufragns omne fretnm. Ov. Pont. 2, 2, 128.

2632.

Timeo, qui nocnere, deos. Ov. Trist. 1, 1, 74.

2633.

Timida circnmspice mente. Ov. Trist. 1, 1, 87.

2634.

Timidi est optare necem. — Ov. Met. 4, 115.

2635.

Timor et minae
Scandunt eodem, quo dominus, neqne
Decedit aerata triremi, et
Post equitem sedet atra cnra. Hor. Od. 3, 1, 37.

2636.

Timor hoc, pndor impedit illud. Ov. Met. 3, 205.

2637.

Titnlo res digna sepulcri. Jnv. Sat. 6, 230.

2638.

Tolle cnpidiuem
Immitis uvae. — Hor. Od. 2, 5, 9.

2639.

Tolle moras: semper nocnit differre paratis. Lucan. Phars. 1, 281.

2640.

Tolle moras tantum properataqne foedera jnnge. Ov. Her. 4, 147.

2641.

Tolle querelas:
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usns.
Si ventri bene, si lateri est pedibusqne tuis, nil
Divitiae poterunt regales addere majus. Hor. Ep. 1, 12, 3.

2642.

Tollite barbarum
Morem! — Hor. Od. 1, 27, 2.

2643.

Torquemurque metu caecaque cupidiue rerum,
Aeternisque senes curis, dum quaerimus, aevum
Perdimus et nullo votorum fine beati
Victuros agimus semper nec vivimus unquam,
Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit
Nec, quod habet, uumerat, tantum, quod non habet, optat.
Mauil. Astron. 4, 2,

2644.

Tota licet veteres exornent undique cerae
Atria: nobilitas sola est atque unica virtus. Juv. Sat. 8, 19.

2645.

Tot mala sum passus, quot iu aethere sidera luceut
Parvaque quot siccus corpora pulvis habet. Ov. Trist. 1, 4, 47.

2646.

Tradere turpi fasces populus
Gaudet. — Seu. Hipp. 982.

2647.

Traditur armatis vulgus inerme viris. Ov. A. A. 3, 46.

2648.

Trahit sua quemque voluptas. Virg. Buc. 2, 65.

2649.

Trajicit et fati litora magnus amor. Prop. Eleg. 1, 19, 12.

2650.

Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis aera subesse putat. Ov. Pont. 2, 7, 8.

2651.

Tranquillis rebus semper, quae adversa, timete:
Rursus in adversis melius sperare memento. Cat. Dist. 4, 26.

2652.

Transeat hic sine nube dies, stent aëre venti,
Ponat et in sicco molliter unda minas. Prop. Eleg. 3, 8, 5.

2653.

Transiet aetas.
Quam cito non segnis stat remeatque dies! Tib. Eleg. 1, 4, 27.

2654.

Transvolat in medio posita et fugientia captat. Hor. Sat. 1, 2, 108.

2655.

Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus;
Frigus iners illic habitant squalorque tremorque. Ov. Met. 8, 789.

2656.

Tristia maestum
Vultum verba decent, iratum plena minarum,
Ludentem lasciva, severum seria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum, juvat aut impellit ad iram,
Aut ad humum maerore gravi deducit et angit;
Post effert animi motus interprete lingua. Hor. A. P. 105.

2657.

Tristis eris, si solus eris. — Ov. Rem. 583.

2658.

Trojae sic fata ferebant. Virg. Aen. 2, 34.

2659.

Troja maneret,
Praecepto Priami si foret usa sui. Ov. A. A. 3, 439.

2660.

Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo. Virg. Aen. 10, 108.

2661.

Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. Virg. Aen. 1, 574.

2662.

Truditur dies die,
Novaeque pergunt interire lunae. Hor. Od. 2, 18, 15.

2663.

Tu . . animos mentemque perúris,
Gloria. — Valer. Flacc. Argon. 1, 76.

2664.

Tua quod nil refert, percontari desinas. Ter. Hec. 810.

2665.

Tua si bona nescis
Servare, frustra clavis inest foribus. Tib. Eleg. 1, 6, 33.

2666.

Tu deos potius comprecare: nam tibi eos certo scio
Quo vir melior multo es quam ego obtemperaturos magis. Ter. Ad. 704.

2667.

Tu, dum tua navis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura. Hor. Ep. 1, 18, 87.

2668.

Tu levior foliis, tunc cum sine pondere succi
Mobilibus ventis arida facta volant:
Et minus est in te quam in summa pondus arista,
Quae levis assiduis solibus usta riget. Ov. Her. 5, 109.

2669.

Tu, Maximus, ille es
Unus, qui nobis cunctando restituis rem. Virg. Aen. 6, 846.

2670.

Tum denique homines nostra intelligimus bona,
Cum, quae in potestate habuimus, ea amisimus. Plaut. Capt. 1, 2, 39.

2671.

Tum vero omne mihi visum est considere in ignes
Ilium et ex imo verti Neptunia Troja. Virg. Aen. 2, 624.

2672.

Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus aede deus. Tib. Eleg. 1, 10, 19.

2673.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,
Quam tua te fortuna sinet. — Virg. Aen. 6, 95.

2674.

Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi
Finem di dederint. — Hor. Od. 1, 11, 1.

2675.

Tu nihil admittes in te formidine poenae. Hor. Ep. 1, 16, 53.

2676.

Tu, quamcunque deus tibi fortunaverit horam,
Grata sume manu neu dulcia differ in annum,
Ut, quocunque loco fueris, vixisse libenter
Te dicas. — Hor. Ep. 1, 11, 22.

2677.

Tu quoque formida nimium sublimia semper
    Propositique memor retrahe vela tui. Ov. Trist. 3, 4, 31.

2678.

Turbine magno spes sollicitae
Urbibus errant trepidique metus. Sen. Herc. Fur. 162.

2679.

Tu regere imperio populos, Romane, memento:
Hae tibi erunt artes pacisque imponere morem,
Parcere subjectis et debellare superbos. Virg. Aen. 6, 852.

2680.

Tu regibus alas
Eripe: non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter aut castris audebit vellere signa. Virg. Georg. 4, 106.

2681.

Turpe duci totam somno consumere noctem. Sil. Ital. Pun. 3, 172 †*).

2682.

Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
    Auxilium nulla parte tulisse tuum.
Turpe referre pedem nec passu stare tenaci,
    Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum et fortunae cedere amicum
    Et, nisi sit felix, esse negare suum. Ov. Pont. 2, 6, 19.

2683.

Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum. Mart. Epigr. 2, 86, 9.

2684.

Turpe quidem dictu, sed, si modo vera fatemur,
    Vulgus amicitias utilitate probat. Ov. Pont. 2, 3, 7.

---

†*) Est Homericum illud (Il. β, 24): *Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.*

2685.

Turpe reos emta miseros defendere lingua. Ov. Am. 1, 10, 39.

2686.

Turpe senex miles, turpe senilis amor. Ov. Am. 1, 9, 4.

2687.

Turpe viro timuisse futura. Valer. Flacc. Argon. 1, 361.

2688.

Turpia quid referam vanae mendacia linguae? Ov. Am. 3, 11, 21.

2689.

Turpis lenti solertia Martis.
Audendo bella expedias: pigra extulit artis
Haud unquam sese virtus. Tu magna gerendi
Praecipita tempus: mors atra impendet agenti. Sil. Ital. Pun. 13, 772.

2690.

Turpisque emitur vel morte voluptas. Manil. Astron. 5, 113.

2691.

Turpius ejicitur quam non admittitur hospes. Ov. Trist. 5, 6, 13.

2692.

Tu si animum vicisti potius quam animus te, est quod gaudeas. Plaut. Trin. 2, 2, 29.

2693.

Tuta et parvula laudo,
Si res deficiunt, satis inter vilia fortis;
Verum ubi quid melius contingit et unctius, idem
Vos sapere et solos ajo bene vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Hor. Ep. 1, 15, 42.

2694.

Tuta frequensque via est per amici fallere nomen:
Tuta frequensque licet sit via, crimen habet. Ov. A. A. 1, 585.

2695.

Tu tibi tuopte ingenio prodes plurimum,
Cum servitutem fers ita ut ferri decet. Plaut. Capt. 2, 3, 11.

2696.

Tutum carpit inanis iter. Ov. Nux 44.

2697.

Tutum me copia fecit:
Major sum, quam cui possit fortuna nocere. Ov. Met. 6, 194.

2698.

Tu vires sine mente geris: mihi cura futuri est. Ov. Met. 13, 363.

2699.

Ubi laeta duris mixta in ambiguo jacent,
Incertus animus, scire cum cupiat, timet. Sen. Oed. 208.

2700.

Ubi non est pudor
Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est. — Sen. Thyest. 215.

2701.

Ubi par fortuna duorum est,
In causa damni perstat uterque sui. Ov. A. A. 2, 559.

2702.

Ubique mors est, optime hoc cavit deus:
Eripere vitam nemo non homini potest,
At nemo mortem; mille ad hanc aditus patent. Sen. Phoen. 151.

2703.

Ubi turpis est medicina, sanari piget. Sen. Oed. 517.

2704.

Ulterius nihil est nisi non habitabile frigus. Ov. Trist. 3, 4, 51.

2705.

Ultima debet
Esse fides lugere virum. — Lucan. Phars. 8, 82.

2706.

Ultima prona via est et eget moderamine certo. Ov. Met. 2, 67.

2707.

Ultima semper
Exspectanda dies homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet. Ov. Met. 3, 135.

2708.

Ultima talis erat, quae mea prima fides. Prop. Eleg. 2, 16, 34.

2709.

Ultro animos tollit dictis atque increpat ultro. Virg. Aen. 10, 278.

2710.

Una ratis fati nostros portabit amores
Caerula ad inferuos velificata lacus. Prop. Eleg. 2, 21, 39.

2711.

Una salus victis: nullam sperare salutem. Virg. Aen. 2, 354.

2712.

Unde habeas, quaerit nemo, sed oportet habere. Juv. Sat. 14, 207.

2713.

Unde haec tam clara repente
Tempestas? — Virg. Aen. 9, 19.

2714.

Unde nil majus generatur ipso,
Nec viget quidquam simile aut secundum. Hor. Od. 1, 12, 17.

2715.

Unicuique dedit vitium natura creato. Prop. Eleg. 2, 18, 17.

2716.

Uni nimirum tibi recte semper erunt res? Hor. Sat. 2, 2, 106.

2717.

Unoque sub ictu
Stat mortale genus. — Lucan. Phars. 6, 613.

2718.

Unum pro multis dabitur caput. — Virg. Aen. 5, 815.

2719.

Unum quidquid paulatim protrahit aetas
In medium ratioque in luminis erigit oras. Lucret. R. N. 5, 1454.

2720.

Unus homo nobis cunctando restituit rem:
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo postque magisque viri nunc gloria claret. Enn. Ann. apud Cic. Off. 1, 24, 82.

2721.

Unusquisque sua noverit ire via. Prop. Eleg. 2, 25, 38.

2722.

Urget diem nox et dies noctem. Hor. Epod. 17, 25.

2723.

Urticae proxima saepe rosa est. Ov. Rem. 46.

2724.

Usque adeo latet utilitas. — Ov. Met. 6, 438.

2725.

Usque adeone mori miserum est? — Virg. Aen. 12, 646.

2726.

Usque adeone
Scire tuum nihil est, nisi te scire sciat alter? Pers. Sat. 1, 26.

2727.

Usque adeo nulla est sincera voluptas. Ov. Met. 7, 453.

2728.

Usus communis aquarum. Ov. Met. 6, 349.

2729.

Usus opus movet hoc. — Ov. A. A. 1, 29.

2730.

Ut ameris, ama! — Mart. Epigr. 6, 11, 10.

2731.

Ut ameris, amabilis esto! Ov. A. A. 2, 107.

2732.

Ut corpus, teneris ita mens infirma puellis. Ov. Her. 19, 7.

2733.

Ut cuique est aetas, ita quemque facetus adopta. Hor. Ep. 1, 6, 55.

2734.

Utcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpae. Hor. Od. 4, 4, 35.

2735.

Utcunque est ventus, exin velum vertitur. Plaut. Poen. 3, 5, 9.

2736.

Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. Ov. Pont. 3, 4, 79.

2737.

Ut ducum lituos, sic mores castra sequuntur. Claud. Laud. Stil. 1, 169.

2738.

Utendum est aetate: cito pede labitur aetas,
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit. Ov. A. A. 3, 65.

2739.

Utere quaesitis opibus, fuge nomen avari:
Quid tibi divitiae prosunt, si pauper abundas? Cat. Dist. 4, 16.

2740.

Utere quaesitis modice: cum sumtus abundat,
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo. Cat. Dist. 2, 17.

2741.

Utere temporibus! — Ov. Trist. 4, 3, 83.

2742.

Uterne
Ad casus dubios fidet sibi certius, hic, qui
Pluribus assuerit mentem corpusque superbum,
An qui contentus parvo metuensque futuri
In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello? Hor. Sat. 2, 2, 107.

2743.

Ut fragilis glacies, interit ira mora. Ov. A. A. 1, 374.

2744.

Utilitas justi prope mater et aequi. Hor. Sat. 1, 3, 98.

2745.

Utilius homini nihil est quam recte loqui:
Probanda cunctis est quidem sententia,
Sed ad perniciem solet agi sinceritas. Phaedr. Fab. 4, 12, 1.

2746.

Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones. Hor. Ep. 1, 2, 32.

2747.

Ut melius, quidquid erit, pati! Hor. Od. 1, 11, 3.

2748.

Ut natura dedit, sic omnis recta figura. Prop. Eleg. 2, 14, 29.

2749.

Ut nemo in sese tentat descendere, nemo,
Sed praecedenti spectatur mantica tergo! Pers. Sat. 4, 23.

2750.

Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt
Humani vultus. — Hor. A. P. 101.

2751.

Ut sit magna, tamen certe lenta ira deorum est. Juv. Sat. 13, 100.

2752.

Ut sunt humana, nihil est perpetuum datum. Plaut. Cist. 1, 3, 46.

2753.

Ut valeas animo, quidquam tolerare negabis?
At pretium pars haec corpore majus habet. Ov. Rem. 231.

2754.

Ut vidi, ut perii! ut me malus abstulit error! Virg. Buc. 8, 41.

2755.

Ut vigeant sensus animi, ducenda tamen sunt
Funera natorum, rogus adspiciendus amatae
Conjugis et fratris plenaeque sororibus urnae:
Haec data poena diu viventibus. — Juv. Sat. 10, 240.

2756.

Valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti. Hor. Ep. 1, 2, 49.

2757.

Valet ima summis
Mutare et insignem attenuat deus
Obscura promens; hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic posuisse gaudet. Hor. Od. 1, 34, 12.

2758.

Vana est sine viribus ira. Valer. Flacc. Argon. 8, 75.

2759.

Vanaque sollicitis incutit umbra metum. — Ov. Pont. 2, 7, 13.

2760.

Variam semper dant otia mentem. Lucan. Phars. 4, 704.

2761.

Variant animi. — Ov. Rem. 525.

2762.

Varia vita est. Plaut. Truc. 2, 1, 9.

2763.

Varium et mutabile semper
Femina. — Virg. Aen. 4, 569.

2764.

Velle parum est: cupias, ut re potiaris, oportet,
Et faciat somnos haec tibi cura breves. Ov. Pont. 3, 1, 35.

2765.

Velle suum cuique est nec voto vivitur uno. Pers. Sat. 5, 53.

2766.

Velocius et citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeunt animum auctoribus. — Juv. Sat. 14, 31.

2767.

Velox consilium sequitur poenitentia. P. Syr.

2768.

Venator sequitur fugientia, capta relinquit:
Semper et inventis ulteriora petit. Ov. Am. 2, 9, 9.

2769.

Vendidit hic auro patriam. — Virg. Aen. 6, 621.

2770.

Venerandaque sanctaque verba
A pueris debent virginibusque legi. Mart. Epigr. 3, 69, 7.

2771.

Veneri placet impares
Formas atque animos sub juga ahenea
Saevo mittere cum joco. Hor. Od. 1, 33, 10.

2772.

Venienti occurrite morbo. Pers. Sat. 3, 64.

2773.

Venient majora metu. — Lucan. Phars. 1, 635.

2774.

Venit amor gravius, quo serius: urimur intus,
Urimur, et caecum pectora vulnus habent. Ov. Her. 4, 19.

2775.

Venit post multos una serena dies. Tib. Eleg. 3, 6, 32.

2776.

Venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae: fuimus Troes, fuit Ilium et ingens
Gloria Teucrorum. — Virg. Aen. 2, 324.

2777.

Veniunt a dote sagittae. Juv. Sat. 6, 139.

2778.

Ventorum est, quodcunque paras: haud ulla carina
Consenuit, fallit portus et ipse fidem. Prop. Eleg. 3, 5, 49.

2779.

Ventre nihil novi frugalius. — Juv. Sat. 5, 6.

2780.

Venturae memores jam nunc estote senectae:
Sic nullum vobis tempus abibit iners. Ov. A. A. 3, 59.

2781.

Venturam melius praesagit navita mortem:
Vulneribus didicit miles habere metum. Prop. Eleg. 3, 9, 5.

2782.

Vera facis, sed sera meae convicia culpae. Ov. Pont. 2, 6, 7.

2783.

Verba et componere fraudes:
Hoc unum didicit femina semper opus. Prop. Eleg. 2, 7, 69.

2784.

Verba mihi desunt eadem tam saepe roganti
Jamque pudet vanas fine carere preces. Ov. Pont. 3, 7, 1.

2785.

Verba minus certe ficta timoris habent. Ov. Pont. 4, 5, 14.

2786.

Verba puellarum foliis leviora caducis;
Irrita, quo visum est, ventus et unda ferunt. Ov. Am. 2, 16, 45.

2787.

Verba quis auderet coram sene digna rubore
Dicere? — Ov. Fast. 5, 69.

2788.

Verbosa gaudet Venus loquela. Catull. Carm. 55, 20.

2789.

Veris addere falsa
Gaudet et e minima sua per mendacia crescit
Fama. — Ov. Met. 9, 138.

2790.

Veris magna paratur
Fama bonis. — Lucan. Phars. 9, 593.

2791.

Veritas nunquam perit. Sen. Troad. 615.

2792.

Veritas odit moras. Sen. Oed. 850.

2793.

Versatur celeri Fors levis orbe rotae. Tib. Eleg. 1, 5, 70.

2794.

Vertitur in teneram cariem rimisque dehiscit,
Si qua diu solitis cymba vacavit aquis. Ov. Trist. 5, 12, 27.

2795.

Verum est aviditas dives et pauper pudor. Phaedr. Fab. 2, 1, 14.

2796.

Verum
Esto aliis alios rebus studiisque teneri. Hor. Ep. 1, 1, 80.

2797.

Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet,
Omnes sibi malle melius esse quam alteri. Ter. Andr. 426.

2798.

Verum ita sunt isti nostri divites:
Si quid benefacias, levior pluma est gratia;
Si quid peractum est, plumbeas iras gerunt. Plaut. Poen. 3, 6, 16.

2799.

Verum operi longo fas est obrepere somnum. Hor. A. P. 360.

2800.

Verum pone moras et studium lucri
Nigrorumque memor, dum licet, ignium
Misce stultitiam consiliis brevem:
Dulce est desipere in loco. Hor. Od. 4, 12, 25.

2801.

Verum velle parum est. — Ov. Met. 8, 69.

2802.

Vestitu nimium indulges: nimium ineptus es. Ter. Ad. 63.

2803.

Veterem ferendo injuriam invites novam. P. Syr.

2804.

Vetitum est adeo sceleri nihil. — Ov. Met. 5, 273.

2805.

Victa jacet pietas. — Ov. Met. 1, 149.

2806.

Victima haud ulla amplior
Potest magisque opima mactari Jovi
Quam rex iniquus. — Sen. Herc. Fur. 922.

2807.

Victrix causa diis placuit, sed victa Catoni. Lucan. Phars. 1, 128.

2808.

Video meliora proboque:
Deteriora sequor. — Ov. Met. 7, 20.

2809.

Videre nostra mala non possumus:
Alii simul delinquunt, censores sumus. Phaedr. Fab. 4, 9, 4.

2810.

Vidi ego naufragium, viros et in aequora mergi:
Et, Nunquam, dixi, justior unda fuit. Ov. Trist, 5, 8, 41.

2811.

Vidi ego, qui juvenis miseros lusisset amores,
Post Veneris vinclis subdere colla senem. Tib. Eleg. 1, 2, 89.

2812.

Vidi ego, quod primo fuerat sanabile vulnus,
Dilatum longae damna tulisse morae. Ov. Rem. 101.

2813.

Vidi jam juvenem, premeret cum serior aetas,
Maerentem stultos praeteriisse dies. Tib. Eleg. 1, 4, 33.

2814.

Vigilandum est semper: multae insidiae sunt bonis. Acc. apud Cic. Planc. c. 24.

2815.

Vigilare addecet, qui sua vult tempore conficere officia. Plaut. Rud. 4, 2, 14.

2816.

Vilia miretur vulgus: mihi flavus Apollo
Pocula Castaliae plena ministrat aquae. Ov. Am. 1, 15, 35.

2817.

Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo. Ov. Trist. 5, 8, 13.

2818.

Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest. Hor. Ep. 1, 12, 24.

2819.

Vilissima regi
Cura pudor. — Sil. Ital. Pun. 14, 92.

2820.

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum:
O cives, cives, quaerenda pecunia primum est,
Virtus post nummos! — Hor. Ep. 1, 1, 52.

2821.

Vim suscitat ira. Virg. Aen. 5, 454.

2822.

Vina parant animos faciuntque caloribus aptos:
Cura fugit multo diluiturque mero.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit;
Tunc dolor et curae rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes aevo rarissima nostro
Simplicitas artes excutiente deo. Ov. A. A. 1, 237.

2823.

Vincat honos luxum, pietas succedat amori:
Plus ratio, quamvis caeca, valere solet. Corn. Gall. (?) Eleg. 2, 69.

2824.

Vince animos iramque tuam, qui cetera vincis. Ov. Her. 3, 85.

2825.

Vince omnem . . . . virtute laborem. Sil. Ital. Pun. 12, 511.

2826.

Vincere cum possis, interdum cede sodali;
Obsequio quoniam dulces retinentur amici. Cat. Dist. 1, 34.

2827.

Vincet amor patriae laudumque immensa cupido. Virg. Aen. 6, 824.

2828.

Vinci nescius armis. Ov. Pont. 2, 9, 45.

2829.

Vincuntur molli pectora dura prece. Tib. Eleg. 3, 4, 76.

2830.

Vindicta levis est, quam ferunt purae manus. Sen. Med. 901.

2831.

Vindicta
Nemo magis gaudet quam femina. — Juv. Sat. 13, 191.

2832.

Vino forma perit, vino corrumpitur aetas. Prop. Eleg. 2, 24, 33.

2833.

Vino pellite curas. Hor. Od. 1, 7, 31.

2834.

Vinoque novos compesce dolores. Tib. Eleg. 1, 2, 1.

2835.

Violenta nemo imperia continuit diu:
Moderata durant. — Sen. Troad. 259.

2836.

Vires instigat alitque
Tempestiva quies: major post otia virtus. Stat. Silv. 4, 4, 33.

2837.

Vires pepulit
Pondusque mali, casus animo
Qui tulit aequo. — Sen. Herc. Oet. 230.

2838.

Virtus est medium vitiorum et utrimque reductum. Hor. Ep. 1, 18, 9.

2839.

Virtus est, ubi occasio admonet, dispicere. — Plaut. Pers. 2, 3, 16.

2840.

Virtus est vitium fugere et sapientia prima
Stultitia caruisse. — Hor. Ep. 1, 1, 41.

2841.

Virtus et summa potestas
Non coëunt. — Lucan. Phars. 8, 494.

2842.

Virtus fulvo pretiosior auro,
Per quam praeclarum plus micat ingenium. Corn. Gall. (?) Eleg. 1, 19.

2843.

Virtus in astra tendit, in mortem timor. Sen. Herc. Oet. 1971.

2844.

Virtus irrita damno est. Grat. Fal. Cyneg. 210.

2845.

Virtus, repulsae nescia sordidae,
Intaminatis fulget honoribus
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis aurae.
Virtus, recludens immeritis mori
Coelum, negata tentat iter via
Coetusque vulgares et udam
Spernit humum fugiente penna. Hor. Od. 3, 2, 17.

2846.

Virtute ambire oportet, non favitoribus.
Sat habet favitorum semper, qui recte facit. Plaut. Amph. Prol. 78.

2847.

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus invidi. Hor. Od. 3, 24, 31.

2848.

Virtutem primam esse puta compescere linguam:
Proximus ille deo est, qui scit ratione tacere. Cat. Dist. 1, 3.

2849.

Virtutem verba putas ut
Lucum ligna? — Hor. Ep. 1, 6, 31.

2850.

Virtuti melius quam fortunae creditur. P. Syr.

2851.

Virtutis est domare, quae cuncti pavent. Sen. Herc. Fur. 435.

2852.

Virtutis expers verbis jactans gloriam
Ignotos fallit, notis est derisui. Phaedr. Fab. 1, 11, 1.

2853.

Vis consili expers mole ruit sua:
Vim temperatam di quoque provehunt
In majus; idem odere vires
Omne nefas animo moventes. Hor. Od 3, 4, 65.

2854.

Visu carenti magna pars veri latet. Sen. Oed. 295.

2855.

Vita data est utenda, data est sine fenore nobis
Mutua nec certa persolvenda die.
Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis:
Illa rapit juvenes, sustulit illa senes. Ov. Cons. Liv. Aug. 369.

2856.

Vita est nobis aliena magistra. Cat. Dist. 3, 14.

2857.

Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam. Hor. Od. 1, 4, 15.

2858.

Vita . . . . mancipio nulli datur, omnibus usu. Lucret. R. N. 3, 971.

2859.

Vitam quae faciant beatiorem,
. . . .
Jucundissime Martialis, haec sunt:
Res non parta labore, sed relicta;
Non ingratus ager, focus perennis;
Lis nunquam, toga rara, mens quieta;
Vires ingenuae, salubre corpus;
Prudens simplicitas, pares amici;
Convictus facilis, sine arte mensa;
Nox non ebria, sed soluta curis;

Non tristis torus et tamen pudicus;
Somnus, qui faciat breves tenebras;
Quod sis, esse velis, nihilque malis;
Summum nec metuas diem nec optes. Mart. Epigr. 10, 47, 1.

2860.

Vitamque volunt pro laude pacisci. Virg. Aen. 5, 230.

2861.

Vita redit bonis
Post mortem ducibus. — Hor. Od. 4, 8, 14.

2862.

Vitaret coelum Phaëthon, si viveret, et quos
Optarat stulte, tangere nollet equos. Ov. Trist. 1, 1, 79.

2863.

Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis:
Tu decus omne tuis. — Virg. Buc. 5, 32.

2864.

Vive memor leti, fugit hora: hoc, quod loquor, inde est. Pers. Sat. 5, 133.

2865.

Vive memor, quam sis aevi brevis. — Hor. Sat. 3, 2, 97.

2866.

Vivendum recte est cum propter plurima, tunc his
Praecipue causis, ut linguas mancipiorum
Contemnas: nam lingua mali pars pessima servi. Juv. Sat. 9, 118.

2867.

Vivere naturae te convenienter oportet,
Ponendaeque domo quaerenda est area primum:
Novistine locum potiorem rure beato? Hor. Ep. 1, 10, 12.

2868.

Vivere si recte nescis, decede peritis. Hor. Ep. 2, 2, 213

2869.

Vive sine invidia mollesque inglorius annos
Exige, amicitias et tibi junge pares. Ov. Trist. 3, 4, 43.

2870.

Vive tibi et longe nomina magna fuge. Ov. Trist. 3, 4, 4.

2871.

Vivite contenti casulis et collibus istis. Juv. Sat. 14, 179.

2872.

Vivite felices, quibns est fortuna peracta
Jam sua: nos alia ex aliis in fata vocamur. Virg. Aen. 3, 493.

2873.

Vivite fortes
Fortiaque adversis opponite pectora rebus. Hor. Sat. 2, 2, 135.

2874.

Vivitur exiguo melius, Natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti. Claud. Rufin. 1, 215.

2875.

Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus
Nec socer a genero, fratrum quoque gratia rara est. Ov. Met. 1, 144.

2876.

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum
Nec leves somnos timor aut cupido
Sordidus aufert. Hor. Od. 2, 16, 13.

2877.

Vix equidem memini, memini tamen: omnia luctus,
Omnia solliciti plena timoris erant. Ov. Her. 8, 75.

2878.

Vix illud potui dicere triste: Vale! Ov. Her. 13, 14.

2879.

Vocat labor ultimus omnes. Virg. Aen. 11, 476.

2880.

Vocat lux ultima victos. Virg. Aen. 2, 668.

2881.

Volat ambiguis
Mobilis alis hora nec ulli
Praestat velox Fortuna fidem. Sen. Hipp. 1141.

2882.

Volat hora per orbem. Manil. Astron. 1, 641.

2883.

Voluptas nulla est navitis . . . .
Major meo animo, quam quando ex alto procul
Terram conspiciunt. — Plaut. Men. 2, 1, 1.

2884.

Voluptates commendat rarior usus. Juv. Sat. 11, 208.

2885.

Volvenda aetas commutat tempora rerum:
Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore;
Porro aliud succedit et e contemtibus exit
Inque dies magis appetitur floretque repertum
Laudibus et miro est mortales inter honore. Lucret. R. N. 5, 1276.

2886.

Volvitur Ixion et se sequiturque fugitque. Ov. Met. 4, 460.

2887.

Vos ego nunc moneo: felix, quicunque dolore
Alterius disces posse carere tuo. Tib. Eleg. 3, 6, 43.

2888.

Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri,
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis:
Ast ego Cecropides. —
Dic mihi, Teucrorum proles, animalia muta
Quis generosa putat nisi fortia? — Juv. Sat. 8, 44 & 56.

2889.

Vosne velit an me regnare, hera quidve ferat fors,
Virtute experiamur! — Enn. apud Cic. Off. 1, 12, 38.

2890.

Vulgare amici nomen, sed rara est fides. Phaedr. Fab. 3, 9, 1.

2891.

Vulgo audio
Dici diem adimere aegritudinem hominibus. Ter. Heaut. 421.

2892.

Vulgus amicitias utilitate probat. Ov. Pont. 2, 3, 8.

2893.

Vultus quoque hominum fingit scelus. Ter. Heaut. 887.

Index Rerum,

Quae Hoc Libello Continentur.

Index.

130: modum excedit 1683: in amore nemo videt 2353: amore libertas amittitur 1267. 1723: hominum pectus totum solus complet 1267. 1416: plano homines mutat 409: proelia miscet 1984: permulti in amore dolores sunt 1148: omnia in amore mala levari patientia possunt 1782: in erroribus timoribusque versatur 706. 2040. 2285. 2385: credulus et fallax est 302. 1245. 1853: dulcia verba desiderat 481. 537: verbosa querela gaudet 2788: fides et constantia multum in amoro prosunt 1371: proeliis et arte perennat 97 1591: exigua mora incitatur 1313: moras odit adque removero studet 1760: omnia sentit 2114: amantes haud facile falluntur 2177: sibi ipsi somnia amantes fingunt 2076: sese ipse prodit 2173. 2174: ant miseros homines aut beatos reddit 41: saepe nocet 64: cum majestate non bene convenit 1586 neque cum sociis manet 1588: mutabilis est 1816: in amore nemo fidelis 1493: sibi ipse vires non eripit 1719: haud facile deponitur 414. 417. 2422: amoris nulla medicina 820. 1267: medicum non amat 1790: negotiis repellitur 236: qui invitus amat, vehementius amore excruciatur 402: quo serior, eo gravior est 2774. 2811: qui juvenis non amavit, saepe senex amore afficitur 2811: amor senilis turpis est 2686: amanti — imprimis feliciter non amanti — servire miserrimum est 2432: amoris inimicitiae acerbissimae sunt 1689: amore, dum per aetatem licet, frui memento 833. 1078: ut ameris, ama 2730. 2731: sine amore nihil jucundum 2472.

Animalia: etiam animalia amore vexantur 63: quodvis animal sese defendere potest 1666: praestantissimum animal homo est 1989.

Animus, Mens [cf. Conscientia. Constantia. Homines. Pectus. Ratio. Vita]: immortalis est 71. 888. 1332. 2500. 2567: nulli subjectus est neque a quoquam potest coërceri 781. 2500: omnes animo [menti] regiones patent 588. 781. 1251: omni telo praestantior 2607: in corpus jura non habet 1528: animi [mentis] sanitas ex corporis conditione pendet 773. 1314. 2441: sanari medicina potest 1250: assiduis curis tabescit 1580: tempus magnam in animum [mentem] vim habet 1801: senectute debilitatur 2600: rebus secundis luxuriare solet 1171. 1506: regendus et compescendus est 74. 267. 2692: pertinax est 76: in erroribus tenebrisque versatur neque futura novit 1506. 1637. 1776. 1827. 1986. 2017: ignotis rebus vehementius turbatur 2282. 2419. 2699: oculis facilius quam auribus obseqnitur 2405: malis superior est 53: divitiae et honores quietem animo [menti] eripiunt, non dant 142. 305. 519. 1605. 1726. 2594:

1093: diu parandum est, ut prospere bellum geratur 453: semel susceptum difficillimum coërcitu atque compositu est 88: audendo saepe expeditur 2689: formido belli est illo ipso pejor 1906: homines ad bella proclives sunt 575. 2299.

Beneficia: omni tempore bene faciendum est 167: dignis dare memento 172. 173: male locata male facta sunt 168. 1213: ultro atque celeriter oblata majorem habent gratiam 181. 784 984 2436: refert, quo animo beneficium offeratur 515: a quovis homine accipere licet 4: beneficio affecti libertatem amisimus 171: beneficium rogare servitus est 2298: qui saepe benefacit, ei beneficia redduntur 176; qui nunquam, is frustra beneficia exspectat 174: reddere memento 1392. 2603: qui reddit, pluribus afficitur beneficiis 170: aliena beneficia praedicanda, nostra tacenda sunt 1764: beneficia a se data praedicare est petere beneficia 175: quod displicet beneficium nullum est 1712: accipere beneficia, quae reddere non possumus, fraus est 748: qui magna bene facit, magna sibi remitti cupit 2190: beneficiis amicos sibi comparare summopere prodest 2480.

Benevolentia [cf. Amor. Voluntas]: benefactis cernitur 1501.

Bibliotheca: bibliothecae possessio sola doctum neminem reddit 511.

Blanditiae: venenum in blanditiis inest 796; malorum hominum periculosae 793: blanditiis aliorum — praesertim divitum — credere noli 335. 1490. 1578: qui nimis facilem blanditiis aurem praebet, is post incommodis afficitur 2171.

Bona [cf. Fortuna. Gandia. Pecunia. Secunda]: cum malis mixta illisque vicina 69. 525. 573. 1282. 2558. 2723: e malis saepe oriuntur 1842: nullum homini bonum perpetuum 364. 1708: vera bona pauci dignoscere possunt 1886: veris bonis magna comparatur gloria 2790: facilius dantur quam retinentur 1460. 1763: bonis amissis pretium illorum intelligere solemus 2670: si sumtus major est, pereunt 1606: bona parta tueri ars est 1460: male parta male pereunt 1207. 1208: cuncta bona amisisse miserum est 1294: prodigae feminae non sentiunt bona dilabi 1981: quo quid majore contentione partum est, eo magis delectat bonum diligentiusque servatur 2594.

Boni, Justi, Probi: rarissimi sunt 2257: vitae spatium quo sibi pacto amplient 68: facile esse ii possunt, qui metu carent 1094: officio suo non desunt 1253: virtutis amore non peccant 1755: nunquam stabilem suam securamque mentem amittunt 1095: injurias obliviscuntur 1178: multos semper fautores habent 2334: bonis nocet, qui malis parcit 188: multae bonis insidiae sunt 2814: a justis nonnisi justa impetranda sunt 1398.

tudo — qualiscunque est — maximam in animum mentemque vim habet 773. 2441: animus in corporis morbis saepe delirat 1314: animo in corpus jura non sunt 1528: mens sana in corpore sano 1847: nimis longo otio incertoque aëre saepe corrumpitur 36. 241: quo pacto attenuetur 121. 1957: apta quiete recreatur 253. 2207. 2836: in corpore nec divitiae nec nobilitas neque gloria efficere quidquam possunt 1548: corpus exiguum contemnere noli 292: corporis vitia abdenda sunt 2255: ingenio corporis damna compensantur 275: e corporis habitu saepe licet colligere, quae animi sit indoles 846: corpora sola et tangere et tangi possunt 2585.

Credulitas [cf. Aures. Species. Vultus]: cavenda est 420. 1555: puellis nocere solet 304.

Crimen [cf. Culpa. Fama]: a crimine nemo liber 1499: criminibus delatis fidem statim tribuere noli 420: gestores criminum gravissimis poenis digni sunt 861: qui alterum incusat, sese ipse intueatur 2075. 2604.

Culpa, Peccatum, Scelus [cf. Crimen. Fraus. Poena. Vitium]: ubique locorum peccatur 901: peccant et ii, quos minime putamus 1555: curandum nobis est, ut a culpa libori simus 1786: ipsa peccandi voluntas peccatum [scelus] est 804. 1423: etiam vultu scelus fingitur 2893: culpam poena sequitur 40. 324. 1949. 2138. 2259. 2592: peccata celeriter correcta extenuantur 1900: qui non vetat, jubet peccare 1032. 2158: qui suis peccatis veniam effiagitat, alienis is ignoscere debet 34: qui confitetur culpam, ei ignoscendum est 899: stulta culpae fuga in vitium ducit 1033: peccata [scelera] sera turpiora sunt 2046: minus solet peccare, cui licet 318: siue culpa miserum esse multum juvat 530: qui scelus committere vult, nunquam non causam invenit 1202: sceleri nihil vetitum est 2804: sceleri tutum per scelera iter est 1924: magni sceleris nullus labor est 1721: punitum scelus crescit 493: in magistrum saepe redit scelus 976. 2308: cui prodesse scelus videtur, eum fecisse illud verisimile est 321: ejusdem sceleris alius aliud fert praemium 1358: felix scelus vocatur virtus 1997: sceleribus virtus perit 747: fides sceleribus perditur 2079: casas raro intrare scelus solet 2340: divitiarum honorumque cupido plurimorum scelerum causa 153. 942. 1226: permulta scelera per saecula facta sunt 1923.

Cupiditas [cf. Ambitio. Avaritia]: res immoderata est 2287: menti ac rationi contraria 49: cupiditati plerique obsequuntur 1389: cupiditatis elementa eradenda sunt 517: regenda est 74.

mus 826. 844: vera monet 458: sese ipse hominibus ostendit 116: deo credere nescimus 1508: permittendum est deo, quid utile nobis sit, expendere 1920: in adversis maxime diligentissimeque colitur 331. 1366: miseris parcit 295: superbos punit 2425: interdum irascitur 1542. 2586: ira dei humanis viribus valentior est 1947 et miseros homines reddit 256: dei ira lenta esse solet 2751: dei dona tua culpa perdere noli 2209: deo carior homo quam sibi est 1920: homines a deo originem ducunt 257. 2168: est homo dei imago 603: deus est in pectore nostro 71. 403. 536.

Dies [cf. Aetas. Tempus. Vita]: dies diem urget 2662. 2722: optimus quisque dies celerrime fugit 1838: omnis dies ultimus putandus 217. 1014 et in lucro collocandus est 326. 2135: quivis dies sceleribus profanatur 2020: etiam festis diebus quaedam negotia exercere licet 690: natalis dies celebrari solet 410.

Diffidentia: nimiis laudibus movetur 1344: diffidentem haud facile consolari possumus 1514.

Dignitas: cf. Auctoritas. Honor. Potestas.

Dilatio: cf. Mora.

Diligentia [cf. Labor. Studia 1]: natura omni diligentia potentior est 346: opus est, ut aliquid consequamur 2764: quo major res, eo major in illa consumenda diligentia est 2341: sapientiam auget 351. 436.

Discere [cf. Educatio. Studia literarum]: nunquam cessa 436. 998: a doctis discendum est 437: ne ab hoste quidem discere dedecet 655: ex aliorum malis incommodisque possumus 355. 884: discenda quam plurima sunt, ut in adversis aliquid nobis restet 434.

Discordia [cf. Altercatio. Bellum. Inimicitiae. Odium]: sociarum rerum comes 2498: concordiam gratiorem reddit 444.

Divites: non sunt beati appellandi 1650: divitum majora quam pauperum desideria sunt 1609: saepe miseri evadunt 2817: gaudia divitibus non dantur solis 1404: puellis placent 823: qui dives fieri vult, et cito vult 1387: divitum blanditiae fallaces sunt 1490: grati non solent esse, sed in peccantes severi 2798.

Divitiae [cf. Pecunia]: doctus homo et artibus ingenuis instructus semper habet divitias 434. 867: magnae divitiae sunt frugi vivere 456. 2230.

Docti: cf. Sapientes. Studia literarum.

Doctrina: cf. Discere. Educatio. Praecepta. Studia literarum.

Dolor [cf. Maeror. Mala]: mortis fabricator 1388: dolore etiam fortia corda franguntur 568. 745. 1025: semper malignus et

†*) Notam hanc ac tritam vocem equidem in veterum poetarum Romanorum libris reperire non potui.

est 1283: quietem repellit 142. 1885: morbos arcere nequit 1597: curas non amovet 1597. 1605. 1646 immo affert 142. 305. 519. 1726. 2594: vitiorum scelerum malorum causa 504. 942. 1226. 1757. 2311: bella conflat 1726. 1968: in corpore nostro nibil efficit 1548: magnum facere potest neminem 1440: avaritiae irritamen 154. 306. 1832: naturam suam nunquam mutat 1438: quod pecunia paratum est, pecunia vincitur 1970: in auro venenum bibitur 2340: pecuniam in loco negligere saepe summo opere prodest 1904.

Percontatores: cf. Curiosi.

Peregrinatio [cf. Iter]: juvenibus saluberrimae peregrinationes sunt 1145.

Pericula [cf. Labor. Mala]: sua quisque pericula nescit 2556: saepe ibi latent, ubi nemo putabat 2148: periculis superantur 1736: contemta citius adveniunt 252: nota sibi quisque pericula timet 2631. 2650. 2781: qui pericula amat, ejus animus requiescere nequit 1700: qui pericula subit, divitias meretur 2492: magnas opes, imprimis regna, circumdant 250. 1175. 2043. 2055: sine periculis magna fieri non possunt 1620: timidus etiam ibi pericula, ubi non sunt, videt 1917.

Perjurium [cf. Fraus]: quamquam in multis sero, tamen certo punitur 40.

Pictor [cf. Studia literarum]: pictorum semper magna fuit licentia 1932.

Pietas [cf. Innocentia. Pudicitia]: quid? 325: placet deo praemiisque ab illo afficitur 222. 226. 312. 313. 349. 429. 632. 634. 1375. 2004. 2288. 2666: verae pietatis magna vis est 1707: etiam in hoste placet 539: felices sunt, qui propter pietatem moriuntur 673: minorem vim habet quam necessitas 1449: nec senectutem nec mortem retardare potest 510: militibus [mercede conductis] nulla 1692: in aulis principum non est 599.

Pigri: cf. Otium.

Plebs: cf. Populus. Vulgus.

Poëmata: cf. Carmina.

Poena [cf. Vindicta]: culpam celeriter sequitur 324: improbis et scelestis certa 40. 1949. 2259. 2592: extrema poena est mala conscientia excruciari 1948: mors summa poena est 1329: poenam nemo nocens sibi ipse irrogat 1496: poenam pati minus est quam meruisse 555: justa poena ferenda est 32: quisquis iniquam poenam patitur, animo fortis esse debet 550: poena scelus crescit 493: demi potest 1951.

Poenitentia [cf. Animus. Conscientia, Poena]: plerosque factorum suorum poenitet 2089: nimia consilii sententiaeque celeritas poenitentiam movet 2767: quem peccatorum poenitet, is paene innocens est 2066.

Vimariae. — Typis expressit H. Boehlau.

Vimariae. — Typis expressit H. Bochlau